







SILAS WRIGHT DUNNING
BEQUEST
UNIVERSITY OF MICHIGAN
GENERAL LIBRARY





# MÉMOIRES

DE

# LA SOCIÉTÉ ARCHÉOLOGIQUE

## DE TOURAINE

---

TOME XXXVII

---

TOURS, IMPRIMERIE DESLIS FRÈRES

# CARTULAIRE

DE

# L'ARCHEVÊCHÉ DE TOURS

(*LIBER BONARUM GENTIUM*)

PUBLIÉ

Par **Louis de GRANDMAISON**

TOME PREMIER

TOURS
L. PÉRICAT, LIBRAIRE
35, RUE DE LA SCELLERIE, 35

MDCCCXCII

# CARTULAIRE

DE

# L'ARCHEVÊCHÉ DE TOURS

Ad honorem Dei patris omnipotentis, beate Marie Virginis et omnium Sanctorum, necnon decus et utilitatem ecclesie Turonensis et memoriam futurorum, iste liber *Bonarum Gentium vel Bonorum actuum* nuncupatus fuit, quasi pro majori parte a quodam rotulo antiquo, vocato *Bone Gentes*, et aliis scripturis antiquis translatus. Et, ut nomen rei videatur consonare, actor vel scriptor ipsius, primo nomina sanctissimorum ac reverendorum patrum dominorum archiepiscoporum Turonensium et subsequenter (1) nonnullos actus et gesta seu jura ipsorum et ecclesie predicte, ut inferius patebit, duxit inserenda, minus tamen sufficienter, ideo, si que reperiantur corrigenda, eadem correctioni et emendationi supponit.

## I

### *Nomina sanctorum et reverendorum patrum dominorum archiepiscoporum Turonensium* (2)

† Sanctus Gacianus.
† Sanctus Lidorius.
† Sanctus Martinus.
† Sanctus Bricius.
† Sanctus Eustochius.
† Sanctus Perpetuus.
† Sanctus Volusianus.
Verus.

(1) D. Bétencourt : *subsequentes*.

(2) Comparez avec la *Chronique des archevêques de Tours* publiée par André Salmon dans son *Recueil de chroniques de Touraine* (1854, in-8°), p. 201 et suiv. Cf. aussi Delisle, *Anciens catalogues des évêques des églises de France*, dans *Histoire littéraire*, t. XXIX, p. 435, et abbé Duchesne, *Les anciens catalogues épiscopaux de la province de Tours* (1890, in-8°).

Licinius.
Proculus.
Theodorus.
Dinifius.
Omacius.
Leo.
Vincilius.
Injuriosus.
† Sanctus Baldenus.
Guntarius.
† Sanctus Eufronius.
† Sanctus Gregorius.
Peladius.
Leupacarius.
Agiricus.
Ginialdus.
Sigilaicus.
Leobaldus.
Medesgisidus.
Latinus.
Corigisilus.
Rigobertus.
Papolenus.
Crabertus.
Bertus.
Peladius.
Evarcius.
Ibo.
Gontramus.
Dido.
Raganbertus.
Aubertus.
Ostaldus.
Eusebius.
Herlingus.
Joseph.
Landrannus.
Ursmarus.
Landrannus.
Amalricus.
Erardus.
Achardus.
Adalaldus.
Erbernus.
Robertus.
Theotolo.
Joseph.
Froterius.
Harduinus.
Archanbaudus.
Hugo.
† Sanctus Arnulfus.
Bartholomeus.
Radulphus.
Gillebertus.
Hugo.
Engelbadus.
Joscius.
Bartholomeus Vindocinensis.
Gaufridus de Landa.
Johannes de Faya.
Juellus de Matefelon.
Martellus.
Petrus de Lambalia.
Vincencius de Pilenis.
Johannes de Monte Sorelli.
Buchardus Dayo.
Raginaldus de Monte Basonis.
Gaufridus de Haya.
Stephanus de Burgolio.
Petrus Fretaudi.
Philippus Blanche.
Symon Renulphi.

Seguinus [de Antone].
Alelmus Boistel.
Guido de Roya.
Seguinus de Antone.
Amelius de Brolio.
Jacobus Gelu.
Philippus de Quoequit.
Johannes Bernardi, Turon. dioc., MCCCCXLI (1).

Geraldus de Crussol, MCCCCLXVI, 1er decembre (2).

Helyas de Burdelias, ordinis Minorum.

Robertus de Lenoncourt.

Cardinalis de Finario.

Chrisptoforus de Brilhac (3).

Martinus de Beaulne reçeu en l'an 1520.

Anthonius de la Barre modernus, qui archiepiscopatum moderatur nunc hoc anno millesimo quingentesimo trigesimo quarto, archiepiscopatus sui anno sexto.

Georgius, cardinalis de Armigniaco, permutavit cum subsequente.

Stephanus de Pontchier qui obiit 15a martii 1552 [1553, n. s.].

Alexander, cardinalis de Farnesio, permutavit cum subsequente.

Symon de Maillé, 1554 receptus 15 kal. martii [15 févr. 1555, n. s.]; dictus dominus Symon de Maillé obiit XI mensis januarii 1596 [1597, n. s.], et sepultus est in ecclesia Turonensi; cui successit:

Franciscus de la Guesle, et receptus die decima nona augusti 1597, et obiit Parisiis die 30 octobris anno Domini 1614, et sepultus est in capella domus du Laureau.

Sébastien Galigaï nommé par le roy en novembre 1616,

(1) Jean Bernard fut nommé par le pape le 13 décembre 1441.

(2) Nous ne savons à quoi correspond cette date du 1er décembre. Gérard Bastet de Crussol fut nommé à l'archevêché de Tours par le pape Paul II en vertu du privilège des grâces expectatives; ses bulles sont du 12 juin 1466. Il prêta serment au roi le 24 août, fut sacré dans l'église Sainte-Croix d'Orléans le 13 octobre et fit son entrée solennelle dans sa cathédrale le 11 (*Gallia christ.*, t. XIV, col. 130), ou, selon d'autres, le 1er janvier 1467, n. s. (Bibl. nat., Hous., t. XV, n° 181).

(3) Le cartulaire de dom Bétencourt porte : *Brilhois*.

receu par procureur le XXI avril en suivant 1617, passe procuration pour résigner le XXVII dudit mois d'avril 1617 en faveur de :

Mre. Bertrand Deschaus qui fut receu le dimanche 16 octobre en suivant oudit an 1617 (1), est décédé le 21 may 1641 et enterré en l'église de Tours, et auquel a succedé :

Mre. Victor le Boutillier, conseiller du roy en tous ses conseils, fut coadjuteur avec future succession, et prist possession le [2 juin 1641].

Charles de Rosmadec.

Michel Amelot décédé le 17 febvrier 1687 (2).

Mr. Claude de Saint-Georges.

## II

## *De servitio biennali curie romane* (3)

## (1364-1379)

In primis sciendum est quod dominus archiepiscopus Turonensis, qui est et erit pro tempore, tenetur, singulis bienniis die vigesima prima mensis februarii anno inpari finiendis (4), sedem apostolicam visitare ; et tunc debet ibi servire seu offerre camere domini nostri pape et collegii dominorum cardinalium IIIIc libras turonensium parvorum, estimatorum ad VIIc LXII florenos, floreno pro X solidis VI denariis turonensibus computato.

Universis, etc., Symon, permissione divina archiepiscopus Turonensis, salutem in Domino.

(1) En 1617, le 16 octobre était un lundi.

(2) La *Gall. christ.*, t. XIV, col. 139, dit le 7 février ; mais la date du 17 est confirmée par l'épitaphe qui se trouvait sur le tombeau de ce prélat (Bibl. nat., lat. 17047, p. 309).

(3) On a reporté ici ce titre qui, dans le cartulaire de dom Bétencourt, se trouvait avant les mots : *Universis*.

(4) D'après notre manière de compter, c'est au contraire au commencement des années paires.

Noveritis quod nos, discrettos viros tales constituimus, facimus et etiam deputamus procuratores nostros, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, ad visitandam pro nobis et nostro nomine, pro hoc anno, modo, loco, tempore et cum devotione debitis, sacrosanctam Romanam ecclesiam et apostolorum limina beatorum, et ad faciendum omnia alia et singula circa hec et ea tengentia necessaria, seu etiam opportuna. In quorum testimonium, etc.

Datum, etc. (1).

## III

## *Impositio seu taxatio procurationis nunciorum sedis apostolice*

[1° ARCHIPRESBYTERATUS TURONENSIS] (2)

| | | |
|---|---|---|
| Archiepiscopo Turonensi. | X | lib. |
| Capitulo Turonensi. | X | lib. |
| Capitulo Beati Martini Turonensis. | X | lib. |
| Capitulo Beati Martini de Basilica. | IIII | lib. |
| Capitulo Ambazie. | VIII | lib. |
| Capitulo Sancti Petri Puellarum. | IIII | lib. |
| Capitulo Sancti Venantii Turonensis. | LX | sol. |
| Abbati Sancti Juliani. | X | lib. |
| Abbati de Cormeriaco. | X | lib. |
| Abbati Aque Vive. | VIII | lib. |
| Priori de Vontes. | C | sol. |
| Priori de Druis. | XXV | sol. |
| Priori Sancti Thome Ambasie. | LXX | sol. |

(1) Entre cette pièce et la suivante on lit dans le cartulaire de Bétencourt: *Hec sunt feuda que dominus Ambaxie tenet a domino archiepiscopo Turonensi. Unum casamentum habet dominus Ambaxie ab archiepiscopo Turonensi, de quo isti sunt...* La suite manque. On trouvera le texte complet publié à l'Appendice d'après les cartulaires de Rome et de Londres.

(2) Ce titre manque dans le cartulaire de dom Bétencourt.

| | | |
|---|---|---|
| Priori de Truis. | XL | sol. |
| Priori Sancti Medardi Turonensis. | XXX | sol. |
| Priori de Nantolio. | LX | sol. |
| Priori de Veygneio. | VI | lib. |
| Priori de Forges. | XXX | sol. |
| Priori de Barmou (*sic*) (1). | VIII | lib. |
| Priori de Insula Ambasie. | LX | sol. |
| Priori de Chisseio. | XXV | sol. |
| Priori Sancti Dionisii Ambazie. | XL | sol. |
| Priori de Gressio. | VI | lib. |
| Priori de Dierra. | XX | sol. |
| Priori de Chesia Sancti Juliani. | C | sol. |
| Priori de Cheilleio. | XXV | sol. |
| Priori de Azaio Ridelli. | C | sol. |
| Priori de Rivarenna. | LX | sol. |
| Priori de Espaigneio. | C | sol. |
| Priori de Villaines. | XX | sol. |
| Priori de Monte Laudato. | XXX | sol. |
| Priori de Bueriis. | XXV | sol. |
| Priori de Savonneres. | XXX | sol. |
| Priori de Guerchia Turon. | XXV | sol. |
| Priori de Francolio. | XX | sol. |
| Correctori de Montocen. | IIII | lib. |
| Correctori de Bosco Raherii. | VIII | lib. |
| Priori de Columberiis. | LX | sol. |
| Priori de Ulmo Roberti. | XX | sol. |
| Priori de Cigoigneio. | XXX | sol. |
| Priori Sancti Cosme de Insula. | VI | lib. |
| Preceptori domus de Ambazia.<br>Preceptori de Balan.<br>Et magistro hospitalis Ambazie. | X | lib. |
| Abbatisse Belli Montis | VI | lib. |

(1) Le cartulaire original portait vraisemblablement *de Baunou* et il doit s'agir du prieuré de Bono (commune d'Athée), dépendant de Saint-Julien de Tours.

## 2° ARCHIPRESBYTERATUS LOCHENSIS

| | | |
|---|---|---|
| Capitulo de Lochis. | X | lib. |
| Abbati Belli Loci. | X | lib. |
| Abbati Ville Lupensis. | X | lib. |
| Abbati de Baugesais. | IIII | lib. |
| Priori de Tauxigné. | VI | lib. |
| Priori de Loratorio. | VI | lib. |
| Priori de Evia. | VI | lib. |
| Priori de Bernucaio | IIII | lib. |
| Priori Sancti Ursi de Lochis. | XXX | sol. |
| Priori de Duobus Luciis. | XXX | sol. |
| Priori de Perruçon. | XXX | sol. |
| Priori de Loans. | C | sol. |
| Priori Capelle Sancti Baudi. | XXX | sol. |
| Priori de Yso. | LX | sol. |
| Priori de Azaio Captivo. | XXV | sol. |
| Priori de Ligeto. | VI | lib. |
| Priori de Escuilleio. | XXX | sol. |
| Correctori de Villanis. | VI | lib. |
| Preceptori de Fretaio. | VIII | lib. |
| Preceptori de Duobus Luciis. | C | sol. |
| Preceptori de Lachate. | VI | lib. |
| Priori de Moseio. | XXV | sol. |

## 3° ARCHYPRESBYTERATUS TRANSLIGERENSIS

| | | |
|---|---|---|
| Capitulo de Langesio. | VI | lib. |
| Abbati Majoris Monasterii. | X | lib. |
| Abbati de Gastina. | VI | lib. |
| Abbati de Fontanis Albis. | X | lib. |
| Abbati de Claritate. | X | lib. |
| Priori Sancti Laurentii de Langes. | IIII | lib. |
| Priori Sancti Christofori. | LX | sol. |
| Priori de Sonnaio. | L | sol. |

| | | |
|---|---|---|
| Priori de Semblencaio. | LX | sol. |
| Priori Sancti Medardi de Pilla. | LXX | sol. |
| Priori de Sonzaio. | IIII | lib. |
| Priori Sancti Michaelis supra Ligerim. | LX | sol. |
| Priori de Cancellis. | C | sol. |
| Priori de Rosariis. | XXX | sol. |
| Priori de Nozilleio. | VI | lib. |
| Priori de Castro Raginaldi. | XXV | sol. |
| Priori de Chenuçon. | XXV | sol. |
| Priori Sancti Patricii. | XXX | sol. |
| Priori Sancti Laurentii in Gastina. | XX | sol. |
| Priori de Molendino Dozil. | XV | sol. |
| Priorisse de Moncé. | IIII | lib. |
| Priori de Nuilleio de Edera. | XV | sol. |
| Priori Sancti Salvatoris de Langes. | XX | sol. |
| Priori de Ambillou. | XXV | sol. |
| Priori de Mailliaco. | XV | sol. |
| Priori de Nuilleio Pontis Petrini. | L | sol. |

### 4° ARCHIPRESBYTERATUS SANCTE MAURE

| | | |
|---|---|---|
| Abbati de Nucariis. | X | lib. |
| Abbati de Pruilliaco. | VIII | lib. |
| Priori de Bournan. | VI | lib. |
| Priori Sancte Maure (1). | C | sol. |
| Priori de Guerchia prope Hayam. | XXX | sol. |
| Priori Sancti Maximini de Sancta Maura. | XX | sol. |
| Priori de Rippis Michaelis de... (*sic*) (2). | | |
| Priori de Bocees. | XL | sol. |
| Priori de Bez. | XX | sol. |
| Priori de Voou. | XXX | sol. |

(1) Prieuré de Saint-Michel de Sainte-Maure, dépendant de Noyers; celui de Saint-Mesmin de Sainte-Maure, dont il est question plus bas, dépendait de l'abbaye de Saint-Mesmin d'Orléans.

(2) Il s'agit probablement du prieuré de Notre-Dame de Rives (commune d'Abilly), appartenant à l'abbaye de Fontevrault.

| | | |
|---|---|---|
| Priori Sancti Sigiramni. | XX | sol. |
| Priori Beate Marie Magdalene de Haia. | LX | sol. |
| Priori de Belismo. | C | sol. |
| Correctori de Claro Folio. | LX | sol. |
| Correctori de Altis Rippis. | XL | sol. |
| Priori de Ysorio. | XL | sol. |
| Priori de Carniseio. | XX | sol. |
| Priori de Barro. | XX | sol. |

### 5° ARCHIPRESBYTERATUS DE INSULA BUCHARDI

| | | |
|---|---|---|
| Capitulo Sancti Maximi Caynonensis. | X | lib. |
| Capitulo Candatensi. | VIII | lib. |
| Abbati de Turpenaio. | VIII | lib. |
| Abbati de Suilleio. | VIII | lib. |
| Abbati de Bosco Alberici. | IIII | lib. |
| Priori Sancti Egidii de Insula. | IIII | lib. |
| Priori de Tavento. | VIII | lib. |
| Priori Sancti Loencii. | VIII | lib. |
| Priori de Ripparia. | XX | sol. |
| Priori Sancti Leonardi de Insula. | IIII | lib. |
| Priori de Parilleio. | C | sol. |
| Priori de Parceyo (1). | IIII | lib. |
| Priori de Crisseio. | L | sol. |
| Priori de Antoigniaco. | XXX | sol. |
| Priori de Ruppibus Sancti Pauli. | VI | lib. |
| Priorisse de Couset. | L | sol. |
| Priori de Crozilles. | XV | sol. |
| Priori Sancti Ambrosii. | XX | sol. |
| Priori de Marcilleio. | X | sol. |
| Priori Belli Nuntii prope Caynonem. | L | sol. |
| Priori de Uceio. | XX | sol. |
| Preceptori de Insula. | XL | sol. |
| Correctori de Pomerio Acri. | VI | lib. |

(1) Le texte de Bétencourt porte à tort pour ce nom et le précédent *Perilleio* et *Perceyo ;* on sait que la même abréviation représente à la fois *par* et *per*.

## IV

### *De regalia et juramento fidelitatis regi prestando in novitate cujuslibet archiepiscopi*

(1312-1313)

Notandum est preterea quod, tempore vacationis ecclesie Turonensis per mortem domini Raginaldi, quondam archiepiscopi Turonensis, dominus P. de Bona Valle, clericus et procurator regis baillivie Turonensis, et Guillelmus Troillart, subaillivus Turonensis, primo administraverunt regalia nomine domini regis, et deinde fuit revocata eorum potestas, et fuit subrogatus Adam de Perona, et duraverunt regalia a tempore mortis dicti domini R[aginaldi], quasi circa festum beati Bartholomei anno MCCCXII (1), usque ad diem jovis post Pascam anno XIII (2); qua die, dominus Gaufridus de Haya, archiepiscopus Turonensis, habuit possessionem temporalitatis sue, postquam fecerat sacramentum fidelitatis domino regi apud Poissiacum, die jovis sancta anno XIII (*sic*) (3); et, quia postea fuit repertum quod multi subditi domini archiepiscopi tenebantur domino regi de tempore regalium predictorum, dicti P. de Bona Valle et Adam supplicaverunt dicto domino archiepiscopo quod faceret eos gaudere de dictis debitis, per manum suam; qui dominus archiepiscopus concessit eis, per commissionem patentem suo signo sigillatam, P. Aymer et Stephanum Ducis ad levanda, per manum domini archiepiscopi, debita domino regi ratione administrationis predicte, sicut in scriptis archiepiscopatus reperitur.

(1) La fête de saint Barthélemy est le 24 août. Renaud de Montbazon mourut le 23 août 1312 (*Gal. christ.*, t. XIV, col 116).
(2) 19 avril 1313.
(3) 12 avril 1313, n.s.

## V

### *De modo primi ingressus seu receptionis domini archiepiscopi*

(1364)

Videndum est subsequentia sub correctione, de modo et forma primi ingressus seu receptionis dicti domini archiepiscopi in sua civitate Turonensi. Et primo, habita deliberatione de die qua vult facere hujusmodi ingressum, notificat illam capitulo suo per solempnes nuntios et litteras suas clausas, necnon abbati monasterii Sancti Juliani Turonensis qui tenetur sibi et suis necessaria dicta die ministrare, per litteras patentes in hec seu equipollentia verba :

S[ymon], permissione divina archiepiscopus Turonensis, religioso et honesto viro abbati monasterii Sancti Juliani Turonensis salutem in Domino.

Cum post consecrationem nostram et reditum seu adventum nostrum de curia Romana, tali die, ad vestrum monasterium declinare et in eo recipi, ut moris est, intendamus, vobis mandamus quatenus dicta die pro nobis et nostris, necessaria preparetis.

Datum, etc. (1).

Et similiter notifficat quibusdam suis vassallis, inferius declaratis, qui die sue receptionis ad ecclesiam Turonensem tenentur ipsum portare et aliter eidem deservire ; et non reperitur scriptum utrum aliqui alii vassalli debent adhuc evocari, licet aliqui ipsorum pretendant quod sic.

(1) L'entrée de Simon Renoul eut lieu au mois de juin 1364, vers la fête de saint Jean (Bibl. de Tours, ms. 1268).

## VI

*De nominibus vassallorum qui tenentur interesse consecrationi et portare dominum archiepiscopum et aliter servire*

(1364)

1. — Dominus Hugo de Ambazia (1), miles, et alii infra nominati fuerunt vocati ad receptionem reverendi patris domini S[ymonis], archiepiscopi moderni; et tenet idem miles feudum et res quas dominus de Ambazia solebat tenere ab archiepiscopo Turonensi, et recognoscit quod tenetur eum portare et ministrare fercula in mensa coram eo et custodire aulam; et petit vessellam argenti n qua fercula dicto domino archiepiscopo ministrantur.

2. — Comes Sacri Cesaris (2), ratione uxoris sue domine de Marmandia, heredis [domini Symonis] (3) de Sancto Michaele, recognoscit quod tenetur portare dictum dominum archiepiscopum et servare coquinam; et petit vasa coquine cum pertinentiis.

3. — Item, idem dominus comes, pro defuncto Gauffredo, domino Haie, tenetur portare et servire de cuppa dando potum dicto domino archiepiscopo ; et debet cupa esse sua, et residuum vini quod remanet in aula, et quod de prandio levatur.

(1) L'aveu d'Hugues d'Amboise du 28 octobre 1357 se trouve ci-dessous.

(2) Jean III, comte de Sancerre, était le fils aîné de Louis Ier, qui fut tué à la bataille de Crécy, en 1346; il avait épousé Marguerite de Marmande, dame de Marmande, de Saint-Michel-sur-Loire et de la Haye, fille de Pierre de Marmande et d'Isabelle de la Haye, que nous trouvons ci-dessous dans un acte du 11 juillet 1343 (n° cxxi). Jean, qui vivait encore en 1390, mourut avant février 1402 (Chalmel, *Hist. de Touraine*, t. III, p. 173 et 270. — Père Anselme, 3e édit., t. II, p. 851-852).

(3) Le cartulaire de dom Bétencourt porte : D.S.Y.

4. — Dominus de Prulliaco tenetur portare, et servire de pane; et mappe debent esse sue, et residuum panis qui defertur in aula.

5. — Dominus Sancte Maure tenetur dictum dominum archiepiscopum portare una cum aliis; et dicit quod debet habere equum super quem intrat dominus archiepiscopus civitate Turonensi (*sic*).

6. — Dominus de Insula Bochardi dat aquam ad abluendum dicto domino archiepiscopo, ut dicit; et petit anulum suum.

7. — Dominus de Brueil Doré, pro feodo de Rengi prope Lochas, debet esse hostiarius aule, et servit de aqua in curia; et dicitur quod petit aquariam argenti.

8. — Dominus de Noerario tenetur scindere cibaria coram domino archiepiscopo; et habet cutellos.

9. — Prepositus de Larcaio tenetur etiam custodire portam prime scale domus archiepiscopalis.

## VII

### *Forma scribendi vassallis*

(1364)

Sy[mon], permissione divina archiepiscopus Turonensis, dilecto et fideli nostro domino de tali loco salutem in Domino.

Cum post consecrationem nostram et reditum seu adventum nostrum de curia Romana, tali die, in nostra ecclesia primum recipi intendamus, vobis mandamus quatenus, tunc facturus nobis quod antecessoribus nostris a vobis et vestris in receptione hujusmodi fieri consuevit, Turoni intersitis.

Datum, etc.

Et sciendum est quod procuratores absentium non consueverunt admitti ad servitia predicta.

## VIII

*Qualiter dominus archiepiscopus recipitur in monasterio Sancti Juliani Turonensis et quod ibi debet consecrari*

Archiepiscopus Turonensis noviter confirmatus, dum primo ingreditur civitatem Turonensem recipitur cum suis in monasterio Sancti Juliani, ad expensas dicti monasterii; et, si non fuerit consecratus, debet sequenti die ibidem consecrari; deinde venit in processione in statu suo pontificali quo fuit consecratus, ad ecclesiam Beati Martini Turonensis, vel si ante alibi fuerit consecratus, poterit eamdem intrare videlicet inductus tunica, dalmatica, capa serica, mitra et baculo pastorali, cum processionibus collegiorum Turonensium; quem recipit processio ecclesie Beati Martini predicte ad portam (1) Parve Aree (cruce sua ante eum preerecta) et cantor Beati Martini incipit R. *Sancte Martine*, vel *Sint lumbi*, classico sonante; et decanus et thesaurarius vel alie due de majoribus personis dicte ecclesie que fuerint presentes, ducunt ipsum archiepiscopum ante sepulcrum; et, completa oratione, facit archiepiscopus primam benedictionem super populum ante altare Beati Petri (2). Quo

(1) Dans le Rituel de l'église de Saint-Martin rédigé par Péan Gatineau, vers 1206, on lit : « *Archiepiscopus Turonensis consecratur apud Sanctum Julianum et deinde venit in processionem ad Beatum Martinum ; quem recepit processio Beati Martini ad portam...* » Le reste du texte est à peu près identique à celui de ce cartulaire, sauf les passages entre parenthèses qui sont omis. On remarquera notamment la suppression des mots : « *cruce sua ante eum preerecta* ». Cf. p. 50 de la *Dissertation historique sur les rits de l'église de Saint-Martin de Tours* (s. l. n. d., in-4° de 53 pages), où le texte du Rituel relatif à cette visite est plus correct que celui donné par Nobilleau dans son édition de Péan Gatineau publiée en 1873 (in-4°), p. 78.

(2) Lors de l'entrée de Gérard de Crussol (janvier 1467, n. s.), ce prélat négligea d'observer cette coutume; les chanoines de Saint-Martin protestèrent (*Gal. christ.*, t. XIV, col. 130).

facto, decanus et thesaurarius vel alii, sicut dicitur supra, reducunt eum in chorum et ponunt eum in cathedra sua (propter hoc per gentes dicti archiepiscopi prius ordinata; et, secundum oppinionem quorumdam, consuevit ipsa cathedra depingi ad arma vassallorum qui eum portare debent). Et statim cantor beati Martini incipit : *Te Deum laudamus*. Postea vocantur prenominati barones, qui debent eum portare, et ipsum portant in cathedra sua usque ad Sanctum Mauricium ; et processiones ante eum, cum episcopis (qui fuerint pro consecratione vocati), revertuntur, processione Beati Martini in choro penitus remanente (1).

Et ad hoc videntur concordare verba que secuntur: *Cum Turonensis archiepiscopus noviter consecratus ad ecclesiam Sancti Martini accesserit, ad processionem ab ipsis canonicis recipiendus* (2), *clerici Sancti Petri processioni eorum intersint, et, eo cum canonicis suis et aliis suis clericis recedente, ipsi cum predictis canonicis Sancti Martini remaneant*. Que verba continentur infra in sententia domini Alexandri pape de subjectione ecclesie Sancti Petri Puellarum (3).

Et nota quod capitula ecclesiarum de Caynone et de Canda, si voluerit et mandaverit archiepiscopus, tenentur processionaliter venire ad receptiones predictas, ad expensas domini archiepiscopi, ut dictum est.

(1) Ici s'arrête le texte du Rituel de Péan Gatineau, qui ajoute cependant : « *Et hanc processionem tantummodo debet ecclesia Beati Martini archiepiscopo Turonensi* ».

(2) Le texte du cartulaire porte ici *recipiendum*; plus loin, dans la bulle dont est extrait ce passage, on lit *recipiendus*.

(3) N° XL, p. 86-87. Bulle d'Alexandre III du 26 juillet 1163.

## IX

*Hec que secuntur petit archidiaconus Turonensis a domino archiepiscopo in ingressu ecclesie Turonensis.*

Estne ingressus tuus pacificus? — *Respondet :* Pacificus.

Vis servare jura et consuetudines hujus sancte Turonensis ecclesie et constitutionem factam a Juhello et Joanne predecessoribus tuis super decanatu et prepositura et prebenda celerarii? — *Respondet :* Volo et hec me servaturum super hec sacrosancta Evangelia juro (1).

Postmodum missa per eum solempniter celebratur.

## X

*Auxilia et subventiones debita semel post receptionem domini archiepiscopi*

Subventio debita a curatis civitatis et diocesis Turonensis cujus partes inferius continentur (2).

(1) Même texte sans variante importante, Bibl. de Tours, ms. 1273, *Statuta et juramenta*, p. 70. — La constitution de Jean est de l'année 1215; elle fut confirmée par le pape Innocent III le 21 janvier 1216, n.s.; celle de Juhel est de janvier 1242, n.s. Ces trois pièces sont imprimées dans : *Recueil des principales écritures et pièces du procès concernant l'exemption du chapitre de l'église métropolitaine de Tours, contre messire Mathieu Ysoré d'Hervault, archevêque...* (Paris, 1700, in-folio.) *Pièces justificatives*, p. 1, 2 et 7. La constitution de Jean et la bulle d'Innocent III se trouvent dans le *Liber compositionum* (Bibl. de Tours, ms. 1271, fol. 3 v° et 7 v°. — Copie de Paris, Bibl. nat., lat. nouv. acq. 1183, p. 111 et 113). — Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5054, cite la bulle d'Innocent III, mais, par suite d'une confusion, il l'indique à tort comme imprimée dans la *Défense des privilèges de Saint-Martin.*

(2) N° XXVII, p. 38 et suiv.

Item homines stagiarii et tenentes hereditates in terra et feodo domini apud Caynonem pro confirmatione et pro palleo C libras, et L libras si dominus rex comedat cum eo, juxta tenorem littere super hoc confecte infra contente (1).

Item abbas Aque Vive super domo sua Turonensi, L solidos, per compositionem inferius contentam (2).

Homines stagiarii de Cruce de Blereio, LX solidos.

Talia de Roseriis, in mutatione archiepiscopi, XXV solidos.

Talia de la Grotelière, in dicta parrochia, dicto tempore, XXX solidos.

Homines de Reilleio ultra Vigennam, in dicta mutatione, L solidos (3).

Secundum aliqua scripta : Item taillie de Arthana, Thelosa et Villa Perdita consueverunt levari in novitate cujuslibet archiepiscopi, licet per gentes regis fuissent in regalia levate, quamvis non debeantur aliter nisi de biennio in biennium anno impari, circa festum beati Michaelis, et debent valere CV libras.

Item auxilia servitia debita a vassallis domini archiepiscopi quorum nomina et summe inferius continebuntur in fine libri, quorum magna pars non bene solvitur diebus istis propter guereas.

Item cappellanus cappellanie Sancti Salvatoris, in ecclesia Sancti Maximi de Caynone, debet XX solidos in mutatione archiepiscopi et capellani ; et est homo ligins domini archiepiscopi ; et eam tenet de presenti dominus J. de Valeta, presbyter, qui solvit servitium predictum.

(1) N° CXIII. Cette lettre est du 7 mars 1248, n. s.
(2) N° LXIV. Acte du 14 septembre 1286.
(3) Ces deux mots se trouvent dans la copie de dom Béteucourt un peu plus bas, entre *consueverunt* et *levari* ; ainsi placés ils n'offrent plus aucun sens, aussi a-t-on cru devoir les reporter ici.

## XI

*De stafilis cereis debitis ecclesie Turonensi*

Sciendum est quod in festis Nativitatis Domini, Assumptionis beate Marie, beati Mauricii et beati Gaciani, scilicet in quolibet ipsorum festorum, dominus archiepiscopus debet in ecclesia sua Turonensi tres libras cere, pro quatuor staphilis, seu gallice *estriefs*, cereis faciendis dum leguntur lectiones matutinarum in dicta ecclesia; et, si sit presens et faciat officium, legit ad aquilam in medio choro nonam lectionem, et habet unum cereum certi ponderis ad expensas domini thesaurarii Turonensis.

## XII

*Quibus diebus dominus archiepiscopus per se vel alium tenetur populo predicare?*

Item predictus dominus archiepiscopus per se, aut deputatos ab eo, diebus infrascriptis tenetur predicare in ecclesia predicta :

Primo, in duabus sinodis ad clerum.
Item, die prima Quadragesime.
Item, dominica in Ramis Palmarum.
Item, die jovis in Cena ad reconciliationem populi.
Item, die Veneris Sancta.

## XIII

*De mandato in Cena Domini faciendo*

Item, dicta die jovis in Cena, post prandium, domini de capitulo Turonensi veniunt processionaliter in manerio archiepiscopali pro mandato faciendo, et ibi dominus decanus, vel alius loco sui, consuevit predicare ; et gentes domini archiepiscopi ministrant aquam, vasa et lintheamina ad lavandos pedes. Quo facto, quilibet habet ter ad potandum ; et quilibet canonicus XII denarios ; quilibet obtinens cappellaniam in dicta ecclesia, qui presens fuerit, VIII denarios ; ceteri vero, etiam sacerdotes non habentes cappellaniam, quilibet sex denarios.

## XIV

*De vigilia festi Decollationis beati Johannis*

Domini de dicto capitulo, post vesperas decantatas in ecclesia Turonensi, statim veniunt in manerio archiepiscopali, in capella Beati Johannis, et ibi dicunt matutinum trium lectionum. Quo facto, habent tres magnos panes, et quilibet quatuor vel quinque pira et ter ad potandum, ad expensas domini archiepiscopi ; et, die festi predicti, tenentur celebrare unam missam ordinatam in dicta cappella. Et dum recedunt, post potationem predictam, matricularius deferre vult et debet, ut dicit, plenum vas, in quo delet aquam benedictam, de residuo vini.

## XV

### *Littera super exemptione familiarium capituli Turonensis* (1)

(15 OCT. 1336)

Omnibus hec visuris, Petrus, permissione divina archiepiscopus Turonensis, salutem in Domino.

Noveritis quod, orta dudum dissentione inter nos ex una parte, et venerabiles et discretos viros decanum et capitulum Turonense ex alia, ex eo quod predicti venerabiles proponebant asserentes cognicionem, correctionem et punitionem cappellanorum et clericorum ecclesie predicte ac familiarium suorum et cujuslibet eorumdem, tam clericorum quam laicorum, ubicumque, etiam exstra claustrum (2), delinquentium, ad eosdem pertinere, ipsosque esse exemptos a jurisdictione nostra ; nobis in contrarium asserentibus ;

Demum, informatione facta ex parte nostra super premissis, decernimus ad eosdem venerabiles cognicionem, correctionem et punitionem cappellanorum et clericorum ac familiarium, domesticorum et commensalium eorumdem venerabilium, suis (3) expensis existentium, secundum constitutionem Bonifacii VIII, sicut nobis significare curarunt, delinquentium, ubicumque existentium, ut prefertur, de consuetudine etiam (4) ecclesie predicte spectare et pertinere, eosque (5) esse exemptos a juri-

(1) Cette charte se trouve également dans le ms. 1273 de la Bibl. de Tours, *Statuta et juram.*, p. 248-9. Elle y commence au mot : *Petrus* ; on a ajouté en marge, d'une écriture plus récente : *Universis presentes litteras inspecturis*.

(2) 1273 : *claustrum Turon.*

(3) 1273 : *in suis*.

(4) 1273 : *etiam* manque.

(5) 1273 : *eosdemque*.

dictione nostra, nobis et successoribus nostris, quoad premissa, silentium perpetuum imponentes.

Datum, et signo nostro (1) sigillatum, die martis post festum beati Dionisii, anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo sexto.

## XVI

*Compositio pro pane capituli Turonensis habendo* (2)

(13 DÉC. 1277)

Universis, etc., Egidius decanus et capitulum Turonense salutem in Domino.

Cum reverendus pater Johannes, Dei gratia archiepiscopus Turonensis, decimas quasdam de Rosariis, de Sancto Antonio et alia que acquisieramus et habebamus et possidebamus in feodis predicti reverendi patris, nos ponere extra manum nostram compellere niteretur, tandem predictus reverendus pater volens benivolentiam nobiscum convenit et amicabiliter composuit in hunc modum, quod ipse vel successores (3) sui nos predicta extra manum nostram ponere non compellent nec facient extra poni; ymo permittent nos omnia predicta tenere de cetero in perpetuum pacifice et quiete. Concessit nichilominus, pro se et suis successsoribus archiepiscopis Turonensibus nobis quod nos in omnibus suis retrofeodis possimus de cetero decimas et quascumque res alias acquirere, quocumque justo titulo, et tenere easdem in perpetuum et habere, ita

(1) 1273 : *et sigillo nostro.*

(2) Cette charte se trouve également dans le ms. 1273 de Tours, p. 253-4. — Ce même ms. contient aussi, p. 251-3, les lettres de l'archevêque Jean, données à Tours le même jour au sujet de ce même accord.

(3) 1273 : *ipse nec successores.*

quod (1) nec ipse reverendus pater, vel successores (2) sui, nos predicta acquisita jam, seu etiam acquirenda, vel eorum aliqua, extra manum nostram ponere aliquatenus compellent, nisi ad ipsum reverendum patrem successoresve suos, conquerentibus super his (3) vassallis suis et id coram eis prosequentibus, necessitas juris compellat; salvo tamen quod ipse et successores sui decimas vel res quaslibet alias a nobis in antea, emptionis titulo, in suis retrofeodis acquirendas, refuso prius ab ipso nobis pretio, possint infra annum retrahere, archiepiscopali mense applicandas.

Et nos, ipsi et successoribus suis presentem compositionem servantibus, in recompensationem premissorum, damus et concedimus ut ipsi omnibus diebus quibus in suis maneriis in Turonia nunc existentibus, videlicet apud Turones, Vernotum, Larcayum, Arthanam, Candatum, et Ausonium pernoctabunt, licet non intrarent ecclesiam Turonensem, tantumdem de pane ecclesie Turonensis capiant et habeant quantum unus canonicus suam residentiam faciens in ecclesia Turonensi predicta. Eo acto inter ipsum reverendum patrem et nos, quod si redditus ad panem faciendum in ecclesia Turonensi deputati, seu etiam deputandi, aliis usibus quocumque tempore applicarentur, tantumdem de eis ad que dicti redditus fuerint applicati ipse et successores sui, qui pro tempore fuerint, percipient et habebunt singulis diebus quibus pernoctaverint in suis maneriis supradictis, quantum unus de canonicis ecclesie Turonensis residentiam faciens in eadem.

Et quia decima de Genilleio quam acquisieramus, ab ipso reverendo patre ad fidem et homagium antea tenebatur, hinc inde volumus et concedimus quod nos decimam ipsam ab hinc in antea teneamus et habe-

(1) Sic : 1273. — Bétencourt : *itaque*.
(2) 1273 : *nec successores*.
(3) 1273 : *super hoc*.

amus pacifice et quiete, reddendo sibi et successoribus suis unam libram cere in festo sancti Mauritii annis singulis in futurum, nullo homagio, servitio seu alia redibentia eidem seu successoribus suis faciendis.

Hoc autem voluit et concessit prefatus reverendus pater, prout patet, salvo eo quod, de non alienandis bonis seu rebus ad mensam suam archiepiscopalem spectantibus, in receptione pallii sedi apostolice prestitit juramentum.

In cujus rei testimonium et munimen presentibus litteris signum nostrum duximus apponendum.

Datum die lune post festum beati Gaciani, in capitulo nostro generali ad hec et alia continuato, anno Domini MCC septuagesimo septimo.

## XVII

*Concordia capituli Turonensis de parte feudi d'Ysernay pro quo debetur una libra cere domino archiepiscopo* (1).

(1335-1363) (2)

Noverint universi quod cum contentio moveretur seu moveri speraretur inter nos P., permissione divina archiepiscopum Turonensem, et nos decanum et capitulum Turonense ex altera, super eo quod nos archiepiscopus proponebamus et dicebamus quod dicti decanus et capitulum debebant nobis facere fidem et homagium, aut saltem dare hominem de feodo de Ysernaio (3), de

(1) Une autre copie de cette pièce se trouve à la Bibl. de Tours, ms. 1273, *Statuta et juramenta*, p. 249-251.

(2) Cette pièce est postérieure à la mort de Guillaume de Sainte-Maure, qui, on le verra, est du commencement de 1335. L'archevêque de Tours est désigné par la lettre P ; il doit s'agir nécessairement soit de Pierre Frétaud (1335-1357), soit de Philippe Blanche (1357-1363), car cette partie du cartulaire fut rédigée du temps de Simon Renoul, successeur de Philippe.

(3) 1273 : *Ysarnayo*.

illa parte quam ipsi tenent, in qua consistunt res que secuntur, scilicet :

Quatuor astagia in eadem domo juxta posternam que vulgariter nuncupatur Posterna Bodin ; *item*, omnes domus dicti Gauffridi Bodin consistentes in vico per quem itur de castro regio apud turrim delfuncti Hugonis ; *item*, una domus que facit cuinum ruelle per quam itur de dicto vico versus Ligerim ; *item*, quedam alia domus sita juxta domum le Saule ; *item*, quedam alia domus que fuit deffuncti Andree Boyvin (1), ratione capellanie quam solebat tenere et quam Guillemus Marchegay tenet in ecclesia Turonensi ; *item* domus Michaelis le Besson ; *item*, domus que est Margarete la Guetesse ; *item*, in vico per quem itur de elemosina Beati Mauritii versus pontem, due domus que sunt Johanne la Richarde ; *item* , alie due domus que sunt ad presens Johannis Perrigaut, que fuerunt deffuncti Rolandi Bocahon (2) ; *item*, una domus que est liberorum deffuncti Yvonis de Pontiiou (3), que fuit deffuncti Mathei le Porc (4) ; *item*, una domus quam tenet Matheus Bricost, que fuit deffuncti Mathei le Porc (5) ; *item* una domus que est Johannis de Lovigne (6) que fuit deffuncti Aimerici de Camera ; *item*, unum operatorium quod ad presens Miletus barbitonsor tenet ; *item*, domus Petri le Chiche, excepta tamen quadam parte dicte domus, videlicet introitu (7) hostii et duobus pedibus cum quatuor digitis dicte domus existentibus ad oppositum castri regii Turonensis que quidem pars est et fuit ab antiquo de feodo nostri capituli predicti ; *item*, tres domus ad unam festam que sunt Bartholomei Gau-

(1) 1273 : *Boyvini*. — Bét. : *Boyum*.
(2) 1273 : *Bouchon*.
(3) 1273 : *Pouciiori ?*
(4) 1273 : *Poic*.
(5) 1273 : *Poic*.
(6) 1273 : *Lanigue*.
(7) 1273 : *videlicet in introitu*.

deau (1); *item*, una domus in qua moratur ad presens Yvo Cousturarii, que modo est Guillelmi le Sainte (2); Dictis decano et capitulo contrarium dicentibus et asserentibus, quod deffunctus Guido de Malliaco, defunctus Guillelmus de Sancta Maura (3), quondam canonici Turonenses, et eorum predecessores (4), dictum feodum et omnia dependentia et pertinentia ad eundem, cum suis juribus et pertinentiis universis tenuerant bona fide, justo titulo, per nonnulla tempora videlicet quinquaginta annos et amplius, et etiam a tanto tempore de cujus contrario non est memoria, libere et quiete absque (5) fide et homagio; qui deffunctus Guillelmus de Sancta Maura, ultimus possessor dicti feudi, dictum feudum ex certa et legitima causa dimiserat nobis, capitulo Turonensi; quare dicebatur ex parte ipsorum decani et capituli nos archiepiscopum predictum ipsos non debere nec posse impetere (6) ad prestationem homagii ratione premissorum;

Tandem vero, post multos tractatus inter nos habitos super premissis, composuimus et transegimus in modo qui sequitur, et in forma videlicet quod nos archiepiscopus predictus volumus et consentimus quod dicti decanus et capitulum teneant et possideant et eorum successores, dictum feudum, prout superius declaratur, et omnia et singula dependentia et pertinentia ad partem feudi predicti, cum suis juribus et

(1) 1273 : *Godeau*.
(2) 1273 : *G[i] le Saintier*.
(3) Il doit s'agir de Guillaume de Sainte-Maure, doyen de Saint-Gatien et de Saint-Martin de Tours, chancelier de France. Il fit son testament à la Charité-sur-Loire, le 17 janvier 1335, n. s. (Bibl. nat., Hous., t. VIII, n[os] 3554 et 3556). D'après le P. Anselme, il mourut le 24 janvier 1334, c'est 1335, n. s., qu'il faut dire (Cf. P. Anselme, t. V, 1730, p. 9 et t. VI, p. 313, et *Gall. christ.*, t. XIV, col. 149 et 182). Il était certainement mort le 8 février 1335, n. s. (Bibl. nat., Hous., t. VIII, n° 3554).
(4) 1273 : *eorum predecessorum* (sic).
(5) 1273 : *et absque*.
(6) 1273 : *impetrare*.

pertinentiis universis, cum omni jurisdictione alta, bassa et media, ad servicium seu liberum deverium unius libre cere, in festo Omnium Sanctorum anno quolibet a dictis decano et capitulo nobis, archiepiscopo Turonensi predicto, persolvendum, pro recognicione superioritatis; nichil aliud (1) in premissis retinendo, nisi in casu resorti, in casu appellationis, in casu quo appellare contingeret ab eisdem occasione jurisdictionis predicte, et in aliis casibus in quibus per modum ressorti, secundum consuetudinem patrie, est ad superiorem recurrendum; eo attento quod dum contigerit (2), solitis temporibus, per gentes nostras archiepiscopi predicti (3) facere guetum, seu custodiam de nocte ponere in villa Turonensi, quod gentes illius feudi faciant guetum seu custodiam, ut est solitum; acto nichilominus quod si forte conventio hujusmodi confirmatione sedis apostolice indigeat quod nos decanus et capitulum predicti istam confirmationem debeamus procurare. Nos vero predicti decanus et capitulum pro nobis et nostris successoribus promittimus archiepiscopo Turonensi et ejus successoribus libram cere futuris temporibus solvere, terminis supradictis, et dictam confirmationem si necesse fuerit procurare, et nos predicti archiepiscopus, decanus et capitulum promittimus bona fide omnia premissa et singula pro parte sua integre observare. In quorum testimonium, etc.

(1) 1273 : *aliud* manque.
(2) 1273 : *contingerit.*
(3) 1273 : *archiepiscopo predicti* (sic).

## XVIII

*Donatio mitre et croce*

(26 JUIN 1364)

Universis etc., Arnaldus, miseratione divina archiepiscopus Auxitanus, domini pape camerarius, salutem in Domino.

Ad universitatis vestre notitiam, ex parte domini nostri pape et de ejus mandato vive vocis oraculo nobis facto tenore presentium deducimus quod idem dominus noster sanctissimus pontifex crossam et mitram quas habebat bone memorie dominus Philippus, ultimus deffunctus archiepiscopus Turonensis, tempore mortis sue, ex certis causis ad ipsum dominum nostrum papam et suam cameram spectantibus, alias pertinentibus, ad supplicationem reverendi in Christo patris domini Symonis, moderni archiepiscopi Turonensis, dedit ex certa scientia, donatione pura perpetuo valitura ecclesie Turonensi; ita quod per archiepiscopum, seu archiepiscopos, vel capitulum ejusdem ecclesie aut quemcumque alium vel alios vendi seu alienari non possint, sed ad usum, servitium et decorem ejusdem ecclesie sint perpetue dedicate. Voluit tamen idem dominus noster papa quod reverendus pater dominus Symon, archiepiscopus modernus Turonensis, quamdiu eidem ecclesie, et non alias nec ultra, prefuerit, habeat usum et servitium crosse et mitre predictarum; alienationem earumdem crosse et mitre cum suis pertinentiis eidem domino archiepiscopo et quibuscumque successoribus suis ac personis aliis penitus interdicit, etc. In cujus rei, etc., presentes litteras fieri fecimus et sigilli nostri camerariatus appensione muniri.

Datum Avinione, die XXVI junii, anno Domini MCCC

sexagesimo quarto, indictione secunda, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani divina providentia pape quinti anno secundo.

## XIX

### *Forma collationis prebendarum ecclesie Turonensis*

### (1364-1379)

Sciendum est quod quando dominus archiepiscopus habet conferre aliquam prebendam in ecclesia Turonensi vacantem, ipse consuevit vocare priores dicte ecclesie, videlicet: decanum, archidiaconum majorem, thesaurarium, cantorem et cancellarium dicte ecclesie, suos homines ligios, ad collationem hujusmodi, per litteras suas clausas in hec vel equipolentia verba :

Symon, Dei et sedis apostolice gratia archiepiscopus Turonensis, venerabili viro dilecto et fideli nostro tali salutem. Cum nos, tali die, tali hora, in nostra camera Turonensi, intendamus procedere ad collationem canonicatus et prebende Turonensis taliter vacantis (*Et declaratur modus vacationis*), significamus vobis quatenus dictis die, hora et loco ad hoc nobiscum personaliter intersitis facturi quicquid debebitis, ut est moris. Valete. Scriptum.

Et dirigit idem archiepiscopus cuilibet dictorum priorum talem litteram singularem, et vocat eos sic ad secundam, tertiam vel quartam diem a die vacationis, sicut sibi placet; et, si non veniant, suam prebendam confert; si vero veniant, vel aliqui eorumdem, requirit ab eis qui presentes sunt de dictis prioribus consilium; et, sive consulant sive disconsulant, ipse (non attento, nec secuto, nisi velit, eorum consilio) confert solus pleno jure hujusmodi prebendam vacantem. Et fuerunt archiepiscopi Turonenses pro tempore a longo tempore, etiam de quo non extat memoria, in possessione canonicatum et prebendam dicte ecclesie soli et in solidum conferendi cum vacaverint et vacent, ut per hec que secuntur poterit apparere.

## XX

*Super eodem*

(17 JANV. 1316, N. S.)

Gaufridus, permissione divina archiepiscopus Turonensis, venerabilibus viris capitulo Turonensi, decano absente, singularibusque canonicis et personis nostre ecclesie Turonensis ad quos canonicorum in eadem ecclesia receptio pertinet, salutem in Domino.

Significamus vobis quod nos, vocatis sufficienter ecclesie nostre Turonensis prioribus ad domicilia eorum Turonis, ut est moris, eisque die sabbati post proximo preteritum festum Nativitatis Domini (1) sibi infra horam tertie dicte diei per nos prefixam absentibus, licet ipsa die usque ad dictam horam et post sufficienter expectatis, canonicatum et prebendam in dicta Turonensi ecclesia, per mortem bone memorie Egidii, quondam decani ecclesie Sancti Martini Turonensis, liberos et vacantes discreto viro magistro Petro Fretaudi, clerico, legum professori, in personam Gauffridi Porchetelli, presbyteri, rectoris ecclesie de Limercio, procuratoris ejusdem, quantum ad hoc sufficientem potestatem habentis, et procuratori predicto, nomine procuratorio ejusdem, canonice contulimus et de ipsis providimus cum ipsorum juribus et pertinentiis universis; ipsumque procuratorem, nomine quo supra, et dictum magistrum Petrum in personam procuratoris predicti per anulum nostrum investivimus ex eisdem. Quocirca vobis et vestrum singulis ad quos pertinet et pertinere potest per venerabilem virum magistrum G. Durandi, canonicum Turonensem, dictum magistrum Petrum, canonicum Turonensem, ad canoni-

(1) 27 décembre 1315

catum et prebendam predictos, cum litteris presentibus, presentantem, vos universos et singulos ad quos pertinet et pertinere potest requirimus, et, si mandatum intervenire opportuerit, mandamus vobis et singulis vestrum quatenus, prout ad singulos pertinet, dictum magistrum Petrum ad dictos canonicatum et prebendam recipiatis in canonicum et in fratrem, stallum in choro et locum in capitulo dicte ecclesie assignantes seu assignari facientes eidem, prout est moris assignari canonicis in ipsa ecclesia noviter institutis ; respondentes et facientes eidem integre responderi de fructibus, juribus et obventionibus universis canonicatus et prebende predictorum, prout ad vos et singulos vestrum pertinuerit et fuerit rationis.

Datum apud Ausonium, die sabbati post festum beati Hillarii, anno Domini millesimo CCC quinto decimo.

## XXI

*Super eodem*

(26 JUIN 1340)

Petrus, permissione divina archiepiscopus Turonensis, venerabilibus viris decano et capitulo Turonensi in Domino salutem.

Notum facimus quod nos, anno Domini millesimo CCCXL, die lune post festum Nativitatis beati Johannis Baptiste, vocatis prioribus nostre Turonensis ecclesie, prout moris est, et cancellarii ejusdem ecclesie presentis ibidem consilio super hoc solito more requisito, in camera nostra Turonensi, canonicatum et prebendam dicte ecclesie Turonensis liberos et vacantes per mortem deffuncti magistri Alani de Baracei, nuper obtinentis eosdem, venerabili et discreto viro magistro Johanni de Lueio, amore Dei et tanquam bene merito, contulimus

cum suis juribus et pertinentiis universis, dictumque magistrum Johannem per nostri traditionem anuli quem in manu nostra tenebamus, salvo jure quolibet alieno, investivimus presentialiter de eisdem. Quare vobis significamus quatenus eundem magistrum Johannem vobis per venerabiles magistros viros Egidium Cooptoris, Robertum Tirelli, et Herveum Ville Albi, canonicum Turonensem (*sic*), seu eorum alterum, quos et eorum quemlibet ad hec deputamus ex parte nostra, ut moris est, presentandum, ad dictos canonicatum et prebendam admittatis; assignantes sibi stallum in choro et locum in capitulo cum plenitudine juris canonici, ut est moris.

Actum, teste sigillo nostro, anno die et loco quibus supra.

Et nota quod, de et super receptione prefati magistri Johannis ad hujusmodi canonicatum et prebendam per dictos dominos decanum et capitulum, est instrumentum publicum signo Johannis Bastardi, notarii publici, signatum; et etiam aliud instrumentum per Guillelmum de Fouchaya, clericum Macloviensis diocesis, de presentatione litterarum clausarum suprascripte forme facta, per dictum Johannem Bastardi, familiarem dicti domini P[etri] archiepiscopi, ad domos dictorum priorum.

## XXII

*Alia littera super eodem*

(23 AVRIL 1341)

6. — Item, due cappellanie fundate in ecclesia Beati Johannis de Langesio, quarum deffunctus Gervasius de Cormeriaco obtinuit unam.

Et aliam quam fundavit deffunctus Bec-Dacier, obtinuit Stephanus P. Martelli; et sunt ad collationem domini archiepiscopi, et alie due ad presentationem domini de Haia.

7. — Item, cappellania de la Chastegneroie nuncupata, ad presentationem suam (1).

8. — Item, quatuor prebende dicte ecclesie [de Langesio] spectant ad presentationem domini de Haia.

9. — Item, est quedam cappellania fundata in magna elemosina pontis Turonensis per deffunctum... de Ponte Levio, civem Turonensem, cujus patronatus spectat ad heredes suos, ut dicunt, et collatio ad dominum archiepiscopum.

10. — Item, cappellania a deffuncto J. Olivier fundata in cappella Sancti Martini, prope ecclesiam Sancti Johannis de Langes, spectat ad presentationem heredum suorum et collationem domini archiepiscopi.

11. — Item, cappellania de Burgo Novo, in parochia de Sovigneio (2), quam J. Bochart nuper obtinebat, fuit

*cher et bien amé cousin Jean de Blois... nous vous présentons nostre amé et féal clerc et conseilier, maistre Maurice Chamaillard...* »

(1) Entre ce numéro et le suivant, le cartulaire de dom Bétencourt place le titre : *Prebende de Langesio.*

(2) Peut-être le cartulaire original portait-il *de Bosco Novo*; il y avait en

collata rectori de Sovigneio ad presentationem domini de Castris.

12. — [*Archidiaconé d'Outre-Vienne*] — Item, in ecclesia Sancte Maure est quedam cappellania Sancti Laurenti ad presentationem domini ejusdem loci, et collationem nostram spectat; fuit collata Johanni Bertrand, presbitero, XVIII novembris anno Domini millesimo CCCC et vicesimo sexto.

6. — [*Archidiaconé d'Outre-Vienne*]. — Item, cappellania Sancte Katarine, fundata in cymeterio parrochie de Velleche.

14. — Cappellania perpetua fundata in patronatu parrochie ecclesie de Nouzillee fuit collata per dominum Philippum archiepiscopum Turonensem XX die octobris anno Domini millesimo CCCCXXX ; cujus presentatio spectat ad Guillelmum, Johannem et Hugonem les Bosches fratres, et collatio ad dominum archiepiscopum.

15. — [*Grand archidiaconé de Tours*]. — Item, cappella sita in manerio de Fouchaulx, in honorem beatorum Eutropii et Blasii fundata per honestam mulierem Johannam Verjuste, relictam honorabilis viri defuncti Petri Godeau, domini dicti loci de Fouchaulx, in parochia de Vallereia, Turonensis diocesis, die XVa mensis junii, anno Domini MCCCC octuagesimo sexto ; cujus presentatio spectat ad ipsam et successores ejus, et collatio ad dominum archiepiscopum; et fuit collata Mathurino Senterre clerico, die et anno supradictis.

16. — [*Archidiaconé d'Outre-Vienne*]. — Item, cappella sita in castro de Sonnayo, in honore beate Catherine fundata, die tertia mensis septembris, anno Domini MCCCCXLVI, per dominum Jo[hannem]! archiepiscopum Turonensem, fuit collata Johanni Barbier, clerico.

effet dans la paroisse de Souvigné une chapelle dite de Saint-Jacques de Boisneuf. (Carré de Busserolle, *Dict. géogr., histor. et biogr. d'Indre-et-Loire*, t. III, p. 390. = *Mém. Soc. arch. de Touraine*, t. XXIX.)

## XXXI

*Littera pro deportu ecclesiarum vacantium per archipresbyteros percipiendo* (1).

(1234)

Juhellus, Dei gratia Turonensis archiepiscopus, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Quoniam, testante sacro eloquio : *Sancta et salubris est cogitatio pro deffunctis exorare* (2), et fidelibus in Christo quiescentibus tenemur tam beneficiis quam orationibus subvenire, indempnitati et saluti personarum habentium parrochiales ecclesias vel cappellas in diocesi Turonensi consulere cupientes, ne quis in alienam messem falcem mittat colligens quod non sparsit et metens quod non seminavit, de communi consensu archidiaconorum et archipresbyterorum nostrorum (3), statuimus quod quicumque, in Turonensi diocesi personatum in ecclesia parrochiali vel capella habens, terris cultis et vineis factis cesserit vel decesserit, de duabus partibus fructuum et proventuum terrarum vinearumque ecclesie vel cappelle usque ad festum sancti Luce provenientium disponere possit, tam ipse quam sui executores testamenti, et in pias causas dare valeant pro salute anime ipsius qui eas excoluit vel excoli fecit. Archipresbyter vero loci illius qui, vacante dicta ecclesia, totum pro deportu percipere consueverat, percipiet tertiam partem fructuum et proventuum predictorum usque ad terminum

(1) Deux copies de cette pièce se trouvent dans le ms. 1273 de la Bibl. de Tours ; la première page 251 et la seconde plus récente pages 254 et 255.

(2) Mach., livre II, ch. XII, § 46.

(3) Bétencourt et 1273, p. 254 : *consensu archidiaconorum et archipresbyterorum nostrorum*. — 1273, p. 251 : *consensu archid. et archipresbyterorum nostrorum*.

prenotatum, salvo in alio jure archiepiscopi, archidiaconorum et archipresbyterorum (1).

Actum anno Domini millesimo CCXXXIIII.

## XXXII

*Concordia per quam capitulum Beati Martini debet annuatim super decimis Sancti Spani sex modios bladorum et sex libras redditus domino archiepiscopo.*

(10 sept. 1327)

Universis etc., Stephanus, permissione divina archiepiscopus Turonensis, et decanus, et capitulum Beati Martini Turonensis, salutem in Domino.

Noveritis quod cum contentio mota esset, seu moveri speraretur, inter nos, archiepiscopum antedictum, ratione nostre Turonensis ecclesie ex una parte, et nos, decanum et capitulum predictos, ratione nostre ecclesie Beati Martini Turonensis ex altera, pro eo quod nos, archiepiscopus predictus, proponebamus, et etiam dicebamus quod tertia pars decimarum bladorum, vinorum, leguminum, canaborum, et linorum de territoriis Sancti Spani, de Chastes, de Vau Gordon, de Chesia et de Troncaio, que per gentes et firmarios dictorum decani et capituli annuatim recoliguntur et trahuntur, et hactenus trahi consueverunt et etiam recolligi, et ipsorum autoritate, in grangiis dictorum locorum, spectabat et spectat ad nos, archiepiscopum predictum, nomine quo supra, et spectare consuevit a tanto tempore cujus contrarii hominis memoria non existit, et predecessores nostri fuerunt in possessione, vel quasi, pacifica dictam partem

(1) Bétencourt : *jure archiepiscopi, archidiaconi et archipresbyterorum.* — 1273, p. 251 et 255 : *jure archiepiscopi, archid. et archipresbyterorum.*

inibi integraliter percipiendi et habendi, licet citra aliquos annos nonnulli firmarii dictorum decani et capituli nobis, forsan et immediato predecessori nostro, de dicta tertia parte portioneve absque causa rationabili, seu gentibus nostris et dicti predecessoris nostri per nos et eum ad hoc specialiter deputatis, ad plenum satisfacere non curassent, nec dictas gentes permisissent dictam partem seu portionem nostram in dictis locis seu alibi percipere pacifice, seu etiam obtinere, in nostri prejudicium et gravamen; quare nos de premissis non immerito conquerentes petebamus per dictos decanum et capitulum indampnes penitus reddi et restitui super ipsis, ac in futurum dicta tertia parte integra aliqualiter non turbari;

Nobis, decano et capitulo, asserentibus ex adverso, quod archiepiscopi Turonenses, qui pro tempore fuerant, dictam tertiam partem decimarum integram in predictis locis non consueverant percipere et habere; sed id dumtaxat quod per nos, gentes nostras seu firmarios nostros, eisdem archiepiscopis seu per eos deputatis, interdum minus, interdum plus, juxta fertilitatem seu sterilitatem fructuum, prestari gratis consuevit juxta nostrum seu firmariorum nostrorum arbitrium vel persolvi;

Nosque, archiepiscopus, decanus et capitulum antedicti, super his et jure nostrum cujuslibet in premissis, per discretos et venerabiles viros hinc inde electos concorditer et assumptos, inquiri fecissemus diligentius veritatem; qui testes etiam plures hinc inde ministratos et productos recipere et examinare super hoc curaverunt;

Tandem cum dictis venerabilibus viris et aliis, tam privatim quam conjunctim, super hoc habita deliberatione pleniori, considerantes insuper quod communitas parit discordiam, quod non nisi tempore pacis bene colitur pacis Actor, quinymo contentiones, rixas, rencores et odia suscitant et pravis actibus ausum prebent, super ipsis omnibus ad hanc pacis concordiam devenimus, videlicet quod nos, decanus et capitulum antedicti, dicto archiepiscopo et ejus successoribus, qui fuerint pro

tempore, nomine et ratione dictarum decimarum et pro ipsis omnimode partis seu portionis archiepiscopo Turonensi contingentis in eisdem (*sic*), annis singulis prestabimus et solvemus in futurum, seu prestari et solvi faciemus, in grangiis nostris de Valle Gordonii et de Chesias ex modia bladi, videlicet decem et octo sextaria frumenti, decem et octo sextaria sigilinis, decem et octo sextaria ordei, et decem et octo sextaria advene ad mensuram Sancti Spani, videlicet in grangia de Valle Gordonii duas partes dicti bladi, et tertiam partem in grangia nostra de Chesia ad festum sancti Michaelis, et sex libras monete currentis, videlicet quatuor libras de dicta summa super decimis territorii nostri Sancti Spani et pertinenciis, et XL solidos super decimis et deveris nostris de Chesia ad festum beati Andree apostoli annuatim; nosque archiepiscopus et successores nostri de dictis sex modiis bladi et sex libris monete predicte nobis et ipsis et successoribus annuatim persolvendis, ut superius est expressum, pro dicto jure nós et ipsos successores in dictis decimis contingente, contenti erimus penitus, absque hoc quod ipsarum occasione aliquid imposterum petere valeamus seu etiam reclamare; promittentes hinc inde nos, archiepiscopus, decanus et capitulum antedicti, premissa omnia de cetero fideliter adimplere et inviolabiliter observare; ad hoc etiam nos et dictarum ecclesiarum nostrarum bona efficaciter obligantes.

In quorum omnium et singulorum testimonium, confirmationem et munimem, nos, archiepiscopus prefatus, et nos, decanus et capitulum prefate ecclesie Sancti Martini Turonensis, super premissis omnibus et singulis sufficienter informati, et confitentes compositionem seu concordiam hujusmodi ad nostrarum dictarum ecclesiarum utilitatem cedere et honorem, presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda.

Datum die jovis post festum Nativitatis beate Marie Virginis, anno Domini MCCC vicesimo septimo.

## XXXIII

*De temporali jurisdictione quam habet dominus archiepiscopus in villa et territorio Sancti Spani.*

(23 JUIL. 1269)

Universis etc., magister Petrus dictus Monachus, canonicus Turonensis, eternam in Domino salutem.

Cum super questionibus, querelis, controversiis motis et habitis inter reverendum patrem Vincentium, Dei gratia archiepiscopum Turonensem, ex una parte, et venerabiles viros Guidonem decanum, Simonem thesaurarium totumque capitulum ecclesie Beati Martini Turonensis et Petrum cantorem et prepositum Sancti Spani in eadem ecclesia Sancti Martini, ex altera, super questione quarumdem rerum et vendarum, censuum et justiciariorum hominum existentium in villa Sancti Spani et extra, mansionariis in feodis et censivis et rebus dominicalibus predicti reverendi patris archiepiscopi Turonensis, que omnia supradicta ad se pertinere dicebat et se esse et antecessores suos in possessione premissorum fuisse; predictis decano, thesaurario, capitulo et preposito premissa negantibus et ad se premissa pertinere dicentibus, et esse in possessione premissorum; in et super omnibus premissis a partibus supradictis alte et basse extitisset compromissum, veritate super his premissis inquisita, tam a partibus quam etiam testibus super premissis a predictis partibus productis, juratis et examinatis, publicatisque eorum depositionibus, diligenti tractatu cum partibus predictis habito, et deliberatione prehabita, dictum, seu ordinationem, super premissis profero in hunc modum.

Dominium domorum et rerum omnium que tenentur ad

census in villa Sancti Spani ab archiepiscopo Turonensi, habebit archiepiscopus Turonensis, quicumque pro tempore fuerit, census, vendas, saisinas, dessaisinas omnium rerum predictarum venditarum que tenentur ab ipso in villa Sancti Spani, pro censibus et vendiis non redditis rerum premissarum, poterit dictus archiepiscopus, quicumque pro tempore fuerit,- se vindicare removendo hostia domorum que tenentur ad censum, vel capiendo de bonis hominum commorantium in domibus, pro premissis non redditis. Habebit archiepiscopus, quicumque qui pro tempore fuerit, numblos carnium venditarum et costumas aliarum rerum venditarum in stallo suo et in domibus que tenentur ab ipso ad censum, et earum rerum que vendentur ante domos predictas, vel sub cuvallis vel juxta, usque ad cheminum publicum, in quo chemino nichil habebit vel aliquot capere poterit in premissis. Pro numblis et costumis sibi non redditis poterit se vindicare in locis predictis capiendo de bonis illorum qui premissa non reddiderint in omnem vigeriam altam et bassam; hoc excepto, quod prepositus Sancti Spani, in dicto feodo de Sancto Spano (1), mensuras habebit vini et bladi, et justitiam hominum vigeriariorum et omnem altam justitiam. In rebus predictis que tenentur ad censum a predicto archiepiscopo in villa Sancti Spani, et omnium hominum in rebus predictis habitantium et de cetero commorantium, habebit prepositus Sancti Spani vigeriam altam et bassam et omnem altam justitiam; salvis premissis que remanebunt archiepiscopo, prout superius est expressum. Domus vero deffuncti Roberti Machart, que edificata est juxta capudium ecclesie Sancti Spani in cimiterio, commorantium de cetero in eadem habebit archiepiscopus omnem vigeriam altam et bassam, et omnem altam justitiam omnium habitantium in eadem. In territorio existanti juxta Fontem in feodo archiepiscopi et dominio, prout extenditur et durat extra vil-

(1) Bétencourt porte : *in dicto feodo de Sar.*

lam ville (*sic*) Sancti Spani, et in omnibus hominibus ibidem manentibus et qui pro tempore manebunt et hospitabuntur, et in territorio de Cultura, et in omnibus hominibus manentibus ibidem et qui pro tempore hospitabunt, et in molendino existanti in Cultura, et in hominibus manentibus et habitantibus in dicto molendino habebit archiepiscopus Turonensis, et quicumque pro tempore fuerit, omnem vigeriam altam et bassam; hoc excepto, quod in dictis duobus territoriis de juxta Fontem et de Cultura habebit prepositus Sancti Spani, et quicumque pro tempore fuerit, mensuras bladi et vini et justitiam hominum vigeriariorum, et omnem altam justitiam, et questam seu tailliam a molendinario, prout habere consuevit, et firmam bladi Beatissimi Martini, prout percipit et hactenus percipere consuevit. In cujus rei, etc.

Datum die martis post festum beate Marie Magdalene, anno Domini MCC sexagesimo nono.

## XXXIV

*Qualiter abbatissa Belli Montis quum recipit munus benedictionis a domino archiepicopo, non facit ei professsionem; et, quod si dominus archiepiscopus non potuerit aut noluerit dictum munus impendere, tunc ipsa et moniales sue, si que fuerint velande, a quocumque episcopo poterunt benedici et velari.*

(13 AOUT 1238)

...Ordinamus et volumus abbatissam et monasterium Belli Montis ad ecclesiam Beati Martini Turonensis, perpetuo et pleno jure spectare, ita quod archiepiscopus, archidiaconus, archipresbyter Turonenses (1), aut eorum

(1) Sic : Défense. — Bétencourt porte: *archiepiscopus Turonensis, archidiaconus, archipresbyter Turon.*

successores qui pro tempore fuerint, nullam jurisdictionem spiritualem exerceant aut exercere valeant in abbatissa et monasterio prenotatis (1); eo salvo, quod dicti decanus, thesaurarius et capitulum Beati Martini [Turonensis] electam in abbatissam [monasterii] Belli Montis, que pro tempore fuerit, Turonensi archiepiscopo presentabunt. Idem vero archiepiscopus, ad presentationem ipsorum, electam in abbatissam dicti monasterii, nulla inquisitione, nulla examinatione (2) super electionis vel electe meritis a dicto archiepiscopo facienda, eamdem sine difficultate qualibet recipiet, et [eidem] munus benedictionis impendet. Si que vero moniales predicti monasterii velande seu benedicende fuerint, per archiepiscopum Turonensem, qui pro tempore fuerit, munus benedictionis accipient. Si vero archiepiscopus Turonensis super hoc (3) requisitus, munus benedictionis noluerit aut non potuerit impendere in casibus supradictis, tunc electa in abbatissam, pro tempore, et moniales predicte, a quocumque episcopo seu archiepiscopo maluerint, munus benedictionis assument. Electa vero, que pro tempore fuerit, nullam obedientiam, reverentiam, subjectionem archiepiscopo Turonensi promittere tenebitur, aut jurare (4).....

Secundum originales litteras super ista compositione confectas, exhibitas (5) per capitulum Beati Martini, debet habere dominus archiepiscopus XX libras redditus in Pascha, seu certas decimas.

(1) Sic : Défense. — Bétencourt : *prevocatis.*
(2) Défense : *vel examinatione.*
(3) Défense : *super his.*
(4) Ce texte est extrait d'une sentence arbitrale rendue par Philippe, archevêque de Bourges, et Guillaume, cellerier de Saint-Martin, entre l'archevêque de Tours, le doyen et le chapitre de l'église de Tours d'une part; et les doyen, trésorier et chapitre de Saint-Martin de Tours d'autre, le 13 août 1238. — Cette sentence est imprimée en entier dans la *Défense des privilèges de Saint-Martin*, p. 48 des *Pièces justificatives*. On a emprunté à ce texte quelques variantes et les mots entre crochets qui manquent dans Bétencourt.
(5) Bét. porte : *Secundum originales littere... confecte, exhibite...*

## XXXV

*De subjectione parrochie Belli Montis prope Turones* (1).

(1211)

O[do] decanus, R[obertus] thesaurarius, Willelmus magister scolarum, G[aufridus] subdecanus, Willelmus celerarius totumque capitulum Beati Martini, [Mabilla] abbatissa Belli Montis et moniales, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Noveritis quod cum inter nos et venerabilem patrem Johannem, Turonensem archiepiscopum, questio verteretur super parrochia Belli Montis, tandem pro bono pacis dimisimus eam archiepiscopo et ecclesie Turonensi in plena potestate habendam, sicut alias parrochias Turonie, in perpetuum libere et quiete, ita quod sacerdos, sive sacerdotes illi ecclesie ministrantes, ab abbatissa, vel a certo ejus nuntio, presentabuntur archiepiscopo, archidiacono et archipresbytero, et jurabunt obedientiam, sicut alii sacerdotes Turonie, et venient ad sinodos, et recipient chrisma et oleum; in omnibus erunt ecclesie Turonensi subjecti, sicut alii sacerdotes Turonie, et omnes parrochiani ejusdem ecclesie.

Nos vero, capitulum Beati Martini, promisimus dicto archiepiscopo, et concessimus perpetuo observandum, quod presbyteri Sancti Venantii et Sancti Petri de Car-

(1) Une autre copie de cette pièce se trouve dans le ms. de Tours, 1271, *Liber compositionum*, f. 6, ch. XIV (= Copie de Paris, Bibl. nat., lat. nouv. acq. 1183, p. 91). — La traduction de cette charte en ce qui concerne Beaumont se trouve dans les *Antiquitez de l'abbaye de Beaumont-lez-Tours* par le frère Jean de Saint-François, p. 11 de la *Chronique de l'abbaye de Beaumont-lez-Tours*, publiée par Charles de Grandmaison (t. XXVI des *Mémoires de la Société archéologique de Touraine*). D'après cette traduction, la pièce a été donnée à Tours.

doneto jurabunt in capitulo Beati Martini, inter cetera que ibi solent, quum ibi primo instituuntur, quod personas parrochiales archiepiscopi Turonensis non recipient scienter ad matrimonia contrahenda, neque benedictiones nuptiales eis impendent, nisi de assensu parrochialium presbyterorum suorum (1).

[Et ne super hiis que diximus questio in posterum oriatur presentem cartam adnotari fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari.]

Actum anno gratie MCC undecimo.

## XXXVI

*De jurisdictione clericorum advenarum in castro [Beati Martini] deprehensorum* (2).

(1 OCT. 1268)

Universis etc., Vincencius, Dei gratia archiepiscopus Turonensis, Guido, decanus ecclesie Beati Martini Turonensis, eternam in Domino salutem.

Noveritis quod super questione que vertebatur inter nos Vincencium, archiepiscopum Turonensem, ex una parte, et scolasticum Sancti Martini ex altera, super jurisdictione clericorum advenarum, peregrinorum delinquentium in castello Turonensi Beati Martini deprehensorum, et clericorum commorantium in dicto castro, necnon et clericorum scolarum Beati Martini, a venerabilibus viris Johanne decano et capitulo Turonensi, et a venerabilibus viris thesaurario et capitulo ecclesie

(1) Le cartulaire de dom Bétencourt ajoute *etc.*, et la date ; les trois lignes qui suivent entre crochets sont empruntées au *Liber compositionum*.

(2) Une copie de cette pièce, d'après les archives de Saint-Martin de Tours, se trouve à la Bibl. nat., Housseau, t. VII, n° 3220.

Beati Martini et scolastico ejusdem ecclesie in nos extitisset compromissum.

Nos, habito diligenti tractatu super premissis, de prudentum virorum consilio, dictum seu ordinationem nostram protulimus in hunc modum, quod scolasticus Beati Martini justiciare et explectare poterit clericos advenas et peregrinos, delinquentes in castro Beati Martini Turonensis, vel alibi delinquentes et ibi deprehensos, sub forma que sequitur : ut cum capti fuerint per thesaurarium, vel per eum qui habet jurisdictionem in castro, et eidem redditi vel per eum capti, poterit eos in carcerem ponere et compellere abjurare villam Turonensem, in eos nullam correctionem ordinariam vel censuram ecclesiasticam exercendo ; et id facere poterit de uno clerico existente et commorante in castro in communi servitio communis capituli Beati Martini, exceptis clericis civitatis et castri (1) Turonensis, diocesis et provincie Turonensis beneficiatis et commorantibus cum beneficiatis, et exceptis clericis commorantibus in castro Turonensi, et exceptis clericis promoventibus seu procurantibus negocia, seu causas qualescumque coram archiepiscopo Turonensi, seu in ejus curia Turonensi, in quibus nullam poterit scolasticus jurisdictionem exercere. Et poterit scolasticus clericos scolares scolarum Beati Martini justiciare in hunc modum, super rixis, contentionibus et mutuis contractibus (2) inter ipsos adinvicem habitis, capiendo bona eorum vel personas, nullam cognicionem ordinariam vel censuram ecclesiasticam exercendo. Si vero archiepiscopus Turonensis, vel quilibet ordinarius Turonensis, predictos clericos advenas et peregrinos in casu premisso, primo explectare inceperit, dictus scolasticus eos postea non poterit explectare. Et ut hoc firmum et stabile perseveret presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda, in testimonium veritatis.

(1) Sic : Hous. — Bétencourt omet *et*.
(2) Hous. : *contentionibus et* (sic) *et contractibus*.

Datum Turonis, die lune post festum beati Michaelis, anno Domini MCC sexagesimo octavo.

## XXXVII

*Concordia monasterii Cormeriacensis* (1).

(1174)

Quoniam que in tempore fiunt, cum tempore pretereunt, mutantur (2) et transeunt, diligentie majorum placuit ad posterorum (3) memoriam contractus et negotia litteris alligare; ego itaque Poncius, Dei gratia Claromontensis episcopus, notum fieri volo tam futuris quam presentibus quoniam erat inter ecclesiam Beati Mauricii (4) et ecclesiam Beati Martini, simulque Cormeriacense monasterium, gravis ac laboriosa contentio cujus occasione processerant et dispendia sumptuum et pericula personarum. Hujus contentionis et litis fomes et materia fuit dissentio super obedientia et subjectione Cormeriacensis abbatis Turonensi archiepiscopo prestanda; hec autem (5) tempore Joscii, bone memorie Turonensis archiepiscopi (6), usque in aures domini pape Allexandri (7), partibus hinc inde presentibus, delata

(1) Charte imprimée dans le *Cartulaire de Cormery*, publié par l'abbé Bourassé (t. XII des *Mémoires de la Société archéologique de Touraine*), n° XVI, p. 127. — Une copie s'en trouve à la Bibl. nat., coll. dom Housseau, t. V, n° 1908, d'après le cartulaire de Cormery, f. 67 r°. — Cette pièce est aussi dans les deux cartulaires de Londres et de Rome, n° II.

(2) Corm. : *fiunt et tempore pariter mutantur.*

(3) Corm. : *ad præteritorum.*

(4) Corm. : *Mauricii Turonensis.*

(5) Corm. : *hoc autem.*

(6) Josce, archevêque de Tours, transféré de Saint-Brieux en 1157; † 1173 ou 1174.

(7) Alexandre III, pape, élu le 7 septembre 1159, consacré le 20, † 30 août 1181.

sunt et sub causidica fortuna (1) jurgandi diutius agitata ; post multos tandem labores et pericula partium, predicte cause cognitio a summo pontifice commissa est venerabili fratri nostro Matheo, Trecensi episcopo, et nobis fine debita terminanda. Cum autem die a nobis assignata Blesis, in monasterio Sancti Launomari, partes coram nobis, de consensu college nostri Trecensis episcopi, convenissent, per gratiam Dei et eorum qui aderant industriam, Bartholomeus, Turonensis archiepiscopus, predicti Joscii successor, volente et ratum habente capitulo Beati Mauricii, itemque Bartholomeus, decanus Beati Martini, et capitulum ipsius, necnon et Sulpicius, abbas Cormeriacensis, et monachi sui, sequentis pacis (2) et compositionis formam susceperunt :

Cormeriacensis abbas benedicendus ecclesie Sancti Mauritii Turonensis et archiepiscopo professionem faciet et obedientiam promittet in hunc modum : « Ego N., nunc « benedicendus abbas Cormeriacensis, sancte huic « Turonensi ecclesie et tibi pater N. tuisque succes- « soribus canonice substituendis obedientiam, subjec- « tionem et reverentiam promitto, et super hoc sanctum « altare propria manu firmo » (3). Quod si postea archiepiscopo Turonensi inobediens extiterit, vel excesserit, unde ab archiepiscopo corrigi debeat, aut puniri, archiepiscopus eum canonico ordine conveniet et tractabit. Si autem culpa suspensione digna fuerit, archiepiscopus eum rationabiliter a cura et officio abbatis suspendere poterit, retento tamen officio sacerdotis.

(1) Corm. : *sub canonica forma*, version qui paraît préférable.

(2) Cf. *Cart. de Cormery* (édit. Bourassé), n° LXIII, p. 124 : Serment prêté par l'abbé Roger à l'archevêque Josce à peu près dans les termes ci-dessus. Ce serment daté par l'éditeur de 1147, est au plus tôt de 1157 date de l'avènement de Josce. Quant à Roger, on le trouve cité pour la première fois comme abbé de Cormery en 1164 (Cf. *Gal christ.*, t. XIV, col. 89 et 263). Cf. *infra* le procès-verbal du serment prêté à l'archevêque de Tours, le 15 janvier 1436, n.s., par Pierre Bertholot, abbé de Cormery.

(3) Corm. : *sequentem pacis.*

Prolata suspensionis sententia, archiepiscopus capitulo Beati Martini, vel canonicis qui in ecclesia inventi fuerint, suspensum, ut dictum est, denunciabit abbatem ; et a die denunciationis usque ad XL dies, sententie sue nichil adjiciens, emendationem abbatis patienter sustinebit. Quod si infra predictum terminum abbas, neque persuasione canonicorum, neque proprio motu, satisfecerit archiepiscopo, canonici Sancti Martini eum a consortio chori et capituli sui, et perceptione beneficii prebende privabunt. Si autem cum hiis que predicta sunt non privaverint (1), vel privare noluerint, archiepiscopus ipsum suspendet etiam ab officio sacerdotis ; et iterum usque ad X dies huic secunde sententie nichil addet. Canonici vero Sancti Martini temporalia et regalia, que ab ipsis habet, ei aufferent, quod si non (2) abstulerint, vel aufferre noluerint, post predictos decem dies archiepiscopus abbatem, si nec sic resipiscere voluerit, sententia excommunicationis innodabit. Hiis ita decursis, si per Dei gratiam abbas ad satisfactionem et correctionem venire voluerit, prestita cautione, archiepiscopus eum a vinculo excommunicationis absolvet, premisse suspensionis adhuc sententia perdurante, nisi usque ad quindecim dies abbas canonicis Sancti Martini, in capitulo eorum, de predicto contemptu suo satisfactionem exhibuerit competentem. Si autem canonici rationabilem ab abbate satisfactionem super his recipere noluerint, archiepiscopus, eo cognito, abbatem etiam suspensione absolvet, et in gradum pristinum restituet. Quod si abbas rationabiliter, ut dictum est, canonicis satisfacere noluerit, et archiepiscopus id cognoverit, suspensionis sententia quousque satisfaciat perdurabit. Cormaricensis abbas ad alteram sinodum, quoniam (3) bis

(1) Corm.: *cum his quæ dicta sunt permanserint*, version évidemment défectueuse.

(2) Ce mot manque dans Corm.

(3) Corm. : *quoniam*. — Bét. : *quam*.

in anno Turonis sinodus celebretur, veniet submonitus per litteras archiepiscopi, sibi vel ei qui conventui preerit presentatas, et in ea sicut alii sedebit. Si generale (1) interdictum archiepiscopus in diocesi sua posuerit, Cormeriacenses monachi illud observabunt, clausis januis et voce submissa divina celebrantes, sine pulsatione signorum, una tantum modica campana ad convocandos fratres contenti. Si diaconus, presbiter, aut ecclesiastica persona, sive religiosa, canonici vel clerici de choro Sancti Mauricii, et canonici Sancti Martini, vel clerici de corpore ipsius ecclesie, in villa Cormeriacensi capti fuerint, quamdiu ibi tenebuntur, sub consimili observatione interdicti, ut in generali interdicto (2) dictum est, monasterium cessabit. Idem erit et propter sacrilegia in monasterio vel claustro monachorum corporaliter in personas commissa. Quod si aliquis hominum justiciabilium abbatis fecerit aliquod de predictis delictis, unde diximus in monasterio debere poni interdictum, abbas ab eo qui deliquerit faciet emendari. Si autem sese non posse facere dixerit, requisitus ab archiepiscopo, in verbo sacerdotis et sub virtute obedientie premisse, profitebitur sese (3) id facere non posse. Quoties villa Cormeriacensis sub interdicto posita fuerit, excipientur ab interdicto proprii servientes (4) monasterii qui cotidianum a monasterio victum percipiunt et speciale servitium abbati vel monachis impendunt, nisi propter delictum proprium fuerint denotati (5). Hec autem omnia supradicta, bona fide et absque dolo, partes sese deinceps observare, salvo in aliis jure Turonensis archiepiscopi et ecclesie Sancti Martini, promiserunt.

Huic compositioni et paci nobiscum presentes fuerunt: Balduinus abbas Sancti Launomari, Johannes abbas de

(1) Corm. : *si qualem*.
(2) Corm. : *in quolibet interdicto*.
(3) *Sese* manque dans Corm.
(4) Sic : Corm. — Bét. : *proprii servientibus*
(5) Sic : Corm. — Bét : *fuerint devocati*.

Ponte Levio, Sello (1) abbas de Elemosina, P[etrus] abbas de Pratea, Stephanus abbas Sancti Evurtii (2), P[etrus] decanus Sancti Aniani; ex parte ecclesie Sancti Mauritii: Gauffridus archidiaconus, Gillebertus cantor, Frodo (3) cellelarius, Matheus archidiaconus, Hugo archidiaconus, Rainaldus cappellanus, Johannes de Lavardino; ex parte ecclesie Beati Martini: B[artholomeus] decanus, Robertus presbyter assensum habens thesaurarii, Hamelinus magister scolarum, Philippus subdecanus, Angerius cellelarius, P[etrus] Barba senescallus, Johannes de Lineriis prepositus; ex parte monasterii Cormeriacensis: Buchardus prior ipsius monasterii, P[etrus] Albus, Radulfus prior de Pontibus, Aymericus sacrista, [Gauffredus hospitiarius, Bartholomeus prior de Rivarenna, Hubertus prior de Azai] (4) et multi alii.

Quod ut ratum stabileque permaneat, signo nostro et sigillo venerabilis fratris nostri, Mathei, Trecensis episcopi, fecimus consignari.

Actum Blesis, apud Sanctum Launomarum, anno Domini MCLXXIIII.

## XXXVIII

*Confirmatio super dicta compositione* (5)

(1174-1178, 3 juil.)

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri B[artholomeo], Turonensi archiepiscopo, aposto-

(1) Sic : Bét. — Corm. : *Serlo*. — Peut-être faudrait-il lire *Gello*.

(2) Sic : Corm. — Bét. : *Sec. abbas Sancti Eurcii*.

(3) Sic : Corm. — Bét. : *Feodo*.

(4) Les mots entre crochets sont ajoutés d'après le cartulaire de Cormery.

(5) Jaffé-Wattenbach, *Regesta pontificum Roman.*, n° 12992, où cette pièce est datée entre 1166 et 1178 ; comme c'est la confirmation de l'accord précédent elle n'est certainement pas antérieure à 1174. — Cette charte se trouve aussi sous le n° IV dans les deux cart. de Londres et de Rome.

lice sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Mota jam pridem questione inter bone memorie J[oscium], predecessorem tuum, et canonicos Beati Martini Turonensis et Rogerum abbatem Cormaricensem super subjectione et obedientia quam idem predecessor tuus a predicto abbate sibi conquerebatur injuste subtractam accesserunt partes ad presentiam nostram ; et cum non possemus cause debitum finem imponere, eam venerabili fratribus nostris Trecensi et Claromontensi episcopis duximus committendam. Cum autem coram Claromontensi, de assensu Trecensis episcopi, partes propter hoc constitute fuissent, eodem Claromontensi et viris aliis honestis et discretis, qui sibi assistebant, mediantibus, inter te et Sulpicium, successorem predicti abbatis, et decanum et canonicos Sancti Martini, de libero et spontaneo assensu partium, amicabilis facta [est] compositio et in autentico scripto redacta, sicut ex eadem scripto manifeste comparet. Nos autem, questionem sopitam nolentes indebite suscitari, qui tenemur litibus finem imponere, compositionem, sicut de assensu partium in presentia predicti Claromontensis facta est, et hinc inde recepta, et hactenus observata et in scripto autentico ipsius episcopi continetur, ratam habentes, atque firmam, eamque auctoritate apostolica confirmantes, presentis scripti patrocinio communimus; statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hec attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Laterani, III° idus julii.

Et est quedam alia confirmatio domini Lucii pape super compositione predicta (1).

(1) La confirmation de Luce III, adressée à l'archevêque B[arthélemy] et donnée à Velletri, le 1er juin (1182 ou 1183) occupe le n° IX des deux cartulaires de Londres et de Rome. Le ms. de Tours 1271, *Liber comp.*, fol. 11 v°

## XXXIX

*Alia concordia monasterii Cormeriacensis super procuratione prioratuum suorum* (1).

(JANV. 1232, N. S.)

Juhellus, Dei gratia Turonensis archiepiscopus, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverint universi quod cum inter nos, pro ecclesia nostra, ex una parte, et viros religiosos abbatem et conventum Cormaricensem ex altera, controversia verteretur super quibusdam procurationibus quas velud nobis debitas, sicut dicebamus, in prioratibus quibusdam, videlicet de Ruppibus Sancti Pauli, de Uceio, de Villanis, de Vontes, de Trois, de Loancio, de Cappella Sancti Baudi, de Boceis, de Doluz, de Chambordo, de Perruçon, et de Forgis petebamus; dictis abbate et conventu e contrario asserentibus quod nullas procurationes in eisdem prioratibus petere poteramns de jure, cum [nec] nos, nec antecessores nostri, aliquas procurationes percepissemus in prioratibus predictis, temporibus retroactis;

Tandem inter nos et ipsos abbatem et conventum convenimus in hunc modum quod ipsi nobis dederunt et concesserunt quicquid ipsi habebant apud Candatum, tam in vineis quam domibus, pratis et rebus aliis, ad

ch. XXXVIII, donne le texte d'une autre confirmation de cet accord par le pape Innocent III adressée à l'archevêque J[ean de Faye] et datée de 26 février 1211 (Copie de la Bibl. nat., lat. nouv. acq. 1183, p. 101 et 317). Ces deux confirmations sont presque mot pour mot identiques à celles d'Alexandre III aussi paraît-il inutile d'en donner le texte.

(1) Pièce publiée dans le *Cartulaire de Cormery* (éd. Bourassé), n° LXXXIV, p. 153. — La collection de dom Housseau à la Bibl. nat., t. VII, n° 2705, en contient une copie d'après le cartulaire de Cormery. — Les mots entre crochets sont ajoutés d'après ce cartulaire.

ea, que apud Candatum habebant pertinentibus, habendum in perpetuum et [tam a nobis quam a nostris successoribus pleno jure, tam possessionis quam dominii, perpetuo] pacifice possidendum. Dederunt etiam nobis centum libras turonensium (1) ad ponendum in utilitates ecclesie nostre, ad supplementum procurationum predictarum. Et nos (2), de assensu karissimorum nostrorum decani et capituli Turonensis, dictos abbatem et conventum super dictis (3) procurationibus, quas in dictis prioratoribus petebamus, quittavimus [et absolvimus], promittentes bona fide, pro nobis et successoribus nostris et ecclesia Turonensi, nos nichil unquam in dictis prioratoribus, procurationis nomine, ratione[ve] juris communis, vel beneficio in integrum restitutionis, vel alterius juris [obtentu], de cetero petituros in quantumcumque dictorum (4) prioratum excreverint (5) facultates; salvo nobis in eisdem prioratibus omni jure diocesiano, quodcumque in eisdem habere (6) possumus et debemus; et quod nos, vel ministri nostri, propriis sumptibus nostris possimus ibidem hospitari, cum ad loca diverterimus supradicta. In cujus rei memoriam [et munimen], tam nos quam viri venerabiles decanus et capitulum Turonense presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus confirmare ; salvo tamen omni jure archidiaconorum [et] archipresbyterorum locorum dictorum, quod, tam in procurationibus petendis quam in aliis (7), in dictis prioratoribus eisdem competere potest et debet.

Actum anno Domini MCC tricesimo primo, mense januarii.

(1) Corm. et Bét. : *libras turonenses.*
(2) Corm. à tort. : *et nobis.*
(3) Corm.: *supradictis.*
(4) Corm. : *in quantem, cum dictorum.*
(5) Corm. : *exercuerint.*
(6) Corm. : *quod cum meis habere.*
(7) Corm. : *dictorum in precationibus petendis quam alio.*

## XL

*Sententia super subjectione Sancti Petri Puellaris Turonensis* (1).

( 26 JUIL. 1163 )

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri J[oscio], Turonensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Perlate ad sedem apostolicam controversie, quociens debitum finem sub ejus examine sorciuntur, debent litterarum fidei commendari, ne ex longinquitate temporis valeat super hiis que jam sopita sunt scrupulus recidive contencionis innasci.

Tu si quidem adversus dilectos filios nostros canonicos Sancti Martini super ecclesia Sancti Petri Puellaris sepenumero in nostra presentia es conquestus, asserens quod interdictum tuum eadem ecclesia non servaret, nec eam quam deberet in multis aliis capitulis tibi obedientiam exhiberet; et sic possessionem ab eis tibi turbatam tibi restitui postulabas. E contra vero canonici Sancti Martini adversum te querimoniam super eadem ecclesia proponebant affirmantes ad suum jus ecclesiam pertinere et te super possessione ipsius eos indebite molestare; et petebant possessionem similiter conservari.

Nos autem, volentes omnem de medio tollere questionem, utramque partem ante nostram presentiam evocavimus. Et post varias ac diversas hinc inde allegaciones, multitudinem testium induxisti, qui jurati se vidisse pariter et audisse dixerunt, quod tam tu, quam

(1) Jaffé-Wattenbach, *Reg. pont. Rom.*, n° 10915, d'après ce cartulaire. — Cette pièce forme aussi le n° VI des deux cartulaires de Londres et de Rome.

alii antecessores tui, clericos vel laicos Sancti Petri super criminalibus causis ad judicium evocastis, et causas ipsas, aliquando concordia, aliquando judicio, terminastis, quod etiam plerique testes alterius partis similiter affirmabant; interdictum pro excessibus clericorum vel laicorum illius ecclesie in ipsa eadem ecclesia posuistis, et eos interdum excommunicationis et interdicti sententie subjecistis; clerici ipsius ecclesie chrisma a Turonensi archiepiscopo receperunt, super quo quidam testes adverse partis etiam concordabant; quatuor candelas eidem singulis annis exsolverunt; cum Turonenses archiepiscopi in prefata ecclesia missas aliis temporibus celebrarent, tunc etiam cum pro magnis injuriis ecclesie Sancti Martini irrogatis ipsa cessabat, ecclesia Sancti Petri de canonicorum mandato cessante, in ipsa Sancti Petri ecclesia iidem archiepiscopi missarum sollempnia celebrabant; processiones quoque cum canonicis Sancti Mauricii clerici prefate ecclesie faciebant.

Ex parte vero altera multorum similiter testium depositiones recepimus, sub juramenti debito affirmantes, quod cum canonici Sancti Martini, pro gravibus injuriis ecclesie sue illatis, a divinis cessarent officiis, similiter ecclesia Sancti Petri de ipsorum canonicorum mandato cessabat; clerici illius ecclesie consueverunt cum canonicis Sancti Martini eorum processionibus interesse, et tunc precipue cum Turonensis archiepiscopus noviter consecratus, ad ecclesiam Sancti Martini accedens, ab ipsis canonicis ad processionem recipitur, quo cum canonicis et aliis suis clericis recedente, clerici Sancti Petri consueverunt cum predictis Sancti Martini canonicis remanere; exequiis defunctorum, et presertim archiepiscoporum Turonensium et abbatum Majoris Monasterii, clerici Sancti Petri consueverunt sine cruce sua cum memoratis Sancti Martini canonicis interesse, eorum tantummodo cruce sequentes; in exequiis vero canonicorum Sancti Martini, crucem suam soliti sunt portare; quando Romano pontifici ad partes illas accedenti, vel

legato ipsius, procurationem jamdicti Sancti Martini canonici exhibebant, clerici Sancti Petri partem procurationis solvebant; ante pulsacionem canonicorum Sancti Martini clerici Sancti Petri, nisi in precipuis festivitatibus ipsius ecclesie, tintinnabula non pulsabant.

De clericis vero Beati Petri ad ordines promovendis, testes hinc inde producti sunt qui super hoc capitulo et diversa varia proponebant.

Nos autem, omnibus et testium depositionibus auditis utrimque diligenter et cognitis, habito fratrum nostrorum consilio, tibi tuisque successoribus possessionem judiciorum adjudicavimus, ut videlicet, propositis vobis adversus clericos vel laicos Sancti Petri quibuslibet querimoniis, eos, tam super criminalibus quam super civilibus causis, in judiciis evocetis et causas fine legitimo terminetis; pro excessibus clericorum aut laicorum ipsius ecclesie, in eam et clericos et parrochianos ipsius interdicti et excommunicationis sententiam proferendi licentiam habeatis; chrisma a vobis predicti clerici nullo alio mediante recipiant; quatuor candelas Turonensi ecclesie, sicut alie capelle Castri Novi facere consueverunt, annuatim exsolvant; cum ecclesiam Sancti Martini cessare contigerit pro magnis sibi injuriis irrogatis, ecclesia Sancti Petri de ipsorum canonicorum mandato cessante, missarum solempnia, non tamen ita frequenter quod interdictum illorum hac occasione videatur infringi, in eadem ecclesia celebretis; processiones quas cum canonicis Sancti Martini facere consueverunt, easdem cum eis facere teneantur. Canonicis vero Sancti Martini, secundum assentionem testium suorum, possessionem similiter adjudicavimus in hiis videlicet quod, cum ipsi pro magnis injuriis ecclesie sue, prout dictum est, inrogatis a divinorum celebratione cessabunt, ecclesia Sancti Petri de ipsorum canonicorum debeat mandato cessare; cum Turonensis archiepiscopus noviter consecratus ad ecclesiam Sancti Martini accesserit, ad processionem ab ipsis

canonicis recipiendus (1), clerici Sancti Petri processioni eorum intersint, et, eo cum canonicis suis et aliis suis clericis recedente, ipsi cum predictis canonicis Sancti Martini remaneant; exequiis deffunctorum, et maxime cum Turonenses archiepiscopi et abbates Majoris Monasterii de presenti vita migraverint, clerici Sancti Petri, sine cruce sua, cum canonicis Sancti Martini intersint, eorum crucem tantummodo subsequentes; in exequiis vero canonicorum Sancti Martini, propriam crucem defferant; quum Romano pontifici ad partes illas accedenti, vel legato ipsius, procurationem memorati canonici Sancti Martini exhibuerint, clerici Sancti Petri partem ipsius procurationis exhibeant. Antequam canonici Sancti Martini sua tintinnabula pulsent, clericorum Sancti Petri, nisi in precipuis festivitatibus ejusdem ecclesie, decrevimus non pulsare. Horum autem omnium possessionem hinc inde, prout dictum est, adjudicavimus, salva quidem questione proprietatis.

De representatione clericorum autem Sancti Petri qui ad ordines fuerint promovendi, quoniam nobis plenarie non liquebat, ita duximus statuendum ut clerici Sancti Petri, qui canonici Sancti Martini vel Sancti Venancii fuerint, a capitulo Sancti Martini debeant archiepiscopo presentari ; alii vero qui clerici Sancti Petri tantum existunt a clericis ejusdem ecclesie archiepiscopo, cum ordinandi fuerint, presententur ; qui autem clerici Sancti Petri et alicujus ecclesiarum Sancti Mauricii fuerint, per archidiaconum Sancti Mauricii archiepiscopo presententur. Hec vero que de representatione diximus clericorum, tamdiu decrevimus observanda, quousque de questione proprietatis agatur et causa fine debita terminetur.

Ut igitur hec nostra diffinitio futuris temporibus inviolabiliter observetur, eam auctoritate apostolica confirmamus, statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc

(1) Le cartulaire donne ici : *recipiendus*, plus haut n° VIII, p. 15, où ce passage cité, on lit : *recipiendam*.

paginam nostre diffinitionis et confimationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem, etc.

Datum apud Dolense monasterium, VII° kal. augusti.

## XLI

*Concordia Sancti Juliani Turonensis super quittacione quarumdam procuracionum et traditione manerii de Ausonio.*

(Aout 1231)

Universis etc., Juhellus, Dei gratia Turonensis archiepiscopus, salutem in omnium Salvatore.

Noverint universi quod cum nos a viris religiosis abbate et conventu Beati Juliani Turonensis procurationes in monasterio ipsorum et quibusdam domibus eorum, Turonensis, Andegavensis, Redonensis et Cenomanensis diocesium, videlicet de Ranciaco, de Cigoigniaco, de Castro Raginaldi, de Nozilleio, de Ambilliaco, de Parvo Gressio de Lucigniaco, de Miser[i]is, de Derra, de Bueillio, de Chenuçon, de Brechia, de Sancto Antonio, de Cappella Sancti Remigii, de Valeriis, de Castaneto, de Sancto Cirico Redonensi, de Sancto Quintino et de Milecia, tanquam nobis de jure communi ratione visitationis debitas, peteremus, dicti abbas et monachi modo asserebant, nec eas nobis deberi, nec nos, nec antecessores nostros, eas hactenus habuisse; preterea tam canonici quam clerici ecclesie Turonensis annis singulis ad vigiliam sancti Juliani et in die ad missam processionaliter accedentes, cenam post vigiliam, in die post missam prandium solempne, in refectorio ipsorum, habebant, et nos etiam cum familia nostra, quando nos contingebat personaliter interesse.

Ad utilitatem igitur et pacem ecclesie Turonensis, interveniente bonorum virorum sollicitudine, accedente

etiam nostro necnon et capituli Turonensis consensu, super premissis ordinatum fuit taliter et statutum scilicet quod dicti abbas et monachi, in recompensationem dictarum procurationum, domum suam de Ausonio cum omnibus pertinenciis suis, et omnibus que habebant in castellania de Caynone, ultra forestam de Tilleo, nobis et successoribus nostris archiepiscopis Turonensibus concesserunt in perpetuum et dederunt, cum omni integritate, quiete et libere, possidenda. Itaque archiepiscopi Turonenses nullam procurationem, ratione visitationis, nec capitulum Turonense predictam cenam et procurationem non (*sic*) poterunt de cetero repetere in monasterio et domibus prenotatis; salva tamen eisdem archiepiscopis et ministris eorumdem, in dictis et in aliis eorum domibus, jurisdictione, potestate sibi debita et omni jure ecclesie Turonensis, et quod archiepiscopi Turonenses et ministri eorum, si ad predicta loca diverterint, cum expensis eorum archiepiscoporum et suorum ministrorum ibidem honeste et liberaliter admittantur. Abbas vero et monachi predicti, processiones quas in vigilia et in festo beati Juliani ad monasterium ipsorum consuevit facere ecclesia Turonensis, nobis et ecclesie Turonensi, ad instantiam nostram, amicabiliter et concorditer in perpetuum quittaverunt.

Ceterum cum archidiaconi et archipresbyteri Turonenses (*sic*) in domibus de Ranciaco, de Parvo Gressio, de Lucigniaco, de Cigoigniaco, de Derra, de Miseriis, ratione visitationis, annuas peterent procurationes, ita concordatum extitit et ordinatum, quod idem archidiaconus in domo de Ranciaco X solidos, et domo de Cigoigniaco X solidos recipiet annuatim pro procuratione, et archipresbyter Turonensis in utraque istarum duarum domorum V solidos similiter percipiet annuatim, etc.

Quod ut ratum, etc., predictis abbati et monachis presentes litteras dedimus sigilli nostri munimine roboratas.

Actum anno Domini MCCXXXI, mense augusti.

Item est alia quedam littera prefati domini Juhelli per quam concessit capitulo Turonensi insulam Beate Marie Magdalene, juxta civitatem Turonensem sitam, habendam, in perpetuo possidendam, in recompensationem procurationis quam habebant in monasterio Sancti Juliani predicto (1).

## XLII

*Littera unionis prioratus de Chancellis pro quo debentur annuatim domino archiepiscopo IIII floreni de Florentia census, in duabus sinodis mediatim.*

(21 JANV. 1368, n. s.)

In nomine Dei, amen. Universis etc., frater Petrus, abbas monasterii Sancti Juliani Turonensis, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Cum reverendus in Christo pater et dominus, dominus Simon, Dei gratia archiepiscopus Turonensis, ex sollicitudine pastoralis officii, pia consideratione habita, quod tam propter guerras et hostiles incursus hostium et predonum, quam propter pestilenciam patrie, monasterium nostrum quod redditibus, proventibus et bonis sufficienter ante guerras habundare solebat, ita tenues et exiles redditus et proventus habebat, quod nos non poteramus inde sustantari, hospitalitatem tenere, et omnia ipsi nostro monasterio incombentia supportare, attendens quod eidem monasterio nostro indigenti, quod jam ceperat labi, et nisi occureretur, aut Deus omnipotens ex sua largitate alias provideret, in brevi irrepara-

(1) La lettre en question est du mois de janvier 1231, n. s. ; l'île y est appellée : *Insula nostra*, « *quæ vocatur Insula Archiepiscopi, sita juxta Sanctum Lupum* ». (Bibl. de Tours, ms. 1271, *Lib. compos.*, f. 25 v°. = Copie de la Bibl. nat., lat. nouv. acq. 1183, p. 182).

biliter lapsurum (1) esset, de restaurationis remedio non poterat ita congrue provideri quam si unum membrum ejusdem monasterii nostri, redditibus et obvencionibus habundans, ad corpus uniretur; prehabitis super hoc diligenti tractatu et deliberatione provida cum venerabilibus viris decano et capitulo sue ecclesie Turonensis, prioratum nostrum de Chancellis, Turonensis diocesis, a monasterio nostro non longe distantem, de voluntate consilio et assensu decani et capituli predictorum, et ad instantem supplicationem nostram, nostro predicto monasterio duxit uniendum, una cum proventibus et emolumentis ejusdem prioratus universis ad opus et usum nostrum convertandis; et, pro indempnitate ipsius domini archiepiscopi et successorum suorum, eo quod per unionem hujusmodi sua jurisdictio ordinaria, quam in priorem dicti prioratus nostri habebat, in aliquo diminuebatur, censum de quatuor florenis de Florentia, boni auri et legitimi ponderis, solvendum eidem domino archiepiscopo et successoribus suis, annis singulis in suis sinodis festorum Penthecostes et sancti Luce mediatim, et voluntate et assensu nostris, duxerit imponendum; salvo in aliis jure suo diocesano et ordinario, et jure archidiaconi et archipresbyteri, et quolibet alieno, prout in litteris, sigillis dicti domini archiepiscopi et sui capituli sigillatis, plenius continetur;

Noverint universi quod nos, habitis super hoc tractatu et deliberatione diligenti, pensataque utilitate dicti monasterii nostri, hujusmodi census impositionem laudamus et approbamus, et de nostris voluntate et assensu esse factam confitemur; et hujusmodi censum super redditibus et obvencionibus dicti prioratus dicto domino archiepiscopo et ejus successoribus reddere et solvere bona fide promittimus; ad hoc omnia emolumenta redditusque et obvenciones ejusdem prioratus dicto domino archiepiscopo et ejus successoribus obligantes; ita

(1) Bét. : *lapsum*.

tamen quod, si auctoritate apostolica, vel alia quacunque ratione seu causa, unionem hujusmodi infringi contingerit in futurum, hujusmodi census impositio et obligatio de solvendo nullius sit momenti, et ad solutionem ipsius census compelli non possimus. In cujus rei, etc.

Datum XXI januarii, anno Domini MCCC° sexagesimo septimo.

## XLIII

*Concordia inter dominum archiepiscopum et ecclesiam suam, ac abbatem et conventum Majoris Monasterii, per quam dicti religiosi tenentur interesse festo sancti Mauritii* (1).

(1118-1124)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Cum beatus Petrus, princeps ille apostolorum, cui ligandi et solvendi a Domino tradita est potestas, dicat : *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia ejus* (2) ; et coapostolus ejus Paulus admoneat Dei imitatores nos debere esse (3); Johannes etiam apostolus de ipso sacro dominici pectoris fonte potatus doceat dicens : *Qui dicit se in Christo manere debet, sicut*

(1) La date de cette pièce est donnée approximativement par les noms de l'archevêque de Tours, et de l'abbé de Marmoutier qui font l'accord : Gislebert occupa le siège archiépiscopal de 1118 à 1125 (*Gal. christ.*, t. XIV, col. 76-78) et Guillaume fut abbé de Marmoutier de 1104 ou 1105 à mai 1124 (*Ibidem*, col. 212-216). Cette charte est probablement fort peu postérieure à 1118, car Gislebert, doyen avant son avènement, n'avait pas encore été remplacé. — Cette pièce forme aussi le n° I des deux cart. de Rome et de Londres et occupe les pag. 22 et 23 du *Liber comp.* (Bibl. de Tours, ms. 1271. = Copie de la Bibl. nat., lat. nouv. acq. 1183, p. 347 et suiv.)

(2) Saint Pierre, 1re épître, chap. II, ℣ 21.

(3) Saint Paul, ép. aux Ephésiens, ch. V, ℣ 1 : *Estote ergo imitatores Dei.*

*ille ambulavit, et ipse ambulare* (1), nullusque christianorum ab hoc recto tramite possit aut debeat deviare; nos maxime qui, post baptismi sacramentum, post susceptum sancte christianitatis vocabulum, monastico vel canonico habitu et nomine insigniti sumus, sine graviori transgressionne, a regula legis hujus exhorbitare non possumus. Necesse est ergo ut, si ad regnum ubi pax est continua pervenire volumus, pacem quam Christus mandavit et tenuit, ei obediendo et eum imitando teneamus. Idcirco enim, ipso nato, pax ab angelis nunciata est hominibus bone voluntatis. Idcirco ipse, de mundo proxime egressurus et ad celos regressurus, mandavit discipulis suis dicens : *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis* (2). Et Apostolus : *Pacem*, inquit, *sequimini cum omnibus et sanctimoniam sine qua nemo videbit Deum* (3).

Hujus ergo pacis tam necessario tenende tranquillitas aliquando turbata est inter nos monachos Majoris Monasterii et canonicos Sancti Mauricii Turonensis, una cum metropolitano suo et (4) nostro, ut vere fatendum est propter utrorum peccata, intercurrentibus causis, et diaboli invidia, per quam mors in orbem terrarum introivit, navim sancte ecclesie propulsante. Sed Salomon ille, Christus videlicet noster pacificus, lapis ille angularis qui fecit utraque unum, ecclesiam suam miseratus, non passus est eam diutius tam gravi periculo naufragari, ne domus supra domum, aut regnum divisum in se ipsum, lapsum sive destructionem pateretur. Unde cum inter matrem et filiam dissidentes pax fieri a multi personis quereretur, et res tamen non veniret (5) ad effectum, ipse Christus eam per se integerrime reformavit, nimirum innuens apud ipsum

(1) Saint Jean, 1re épître, ch. II, ℣ 6.
(2) Saint Jean, Evang., ch. XIV, ℣ 27.
(3) Saint Paul, épître aux Hébreux, ch. XII, ℣ 14.
(4) Ce mot manque dans Bét
(5) Bét.: *venieret*.

esse perfacile quod apud nos est impossibile Nam cum omnes persone, de quibus modo prelibavimus, jam quasi de pace forsitan desperantes, silerent et abessent, ex utraque parte in hunc modum, Deo mediante, conventum est, si quidem inter archiepiscopum eorum dominum Gillebertum et abbatem nostrum Willelmum cum paucis senioribus, sed consilio sanioribus, habito prius sincere caritatis colloquio, et post ad capitulum hinc et inde relato, laudante nostro et eorum conventu, in capitulum eorum convenimus, id est abbas noster cum fratribus quos secum duxit, et archiepiscopus cum generali capitulo suo.

Habet autem se convenientia sic. Quando obeunte quocumque ex abbatibus nostris, per nos elegerimus successorem, electum nostrum benedicendum coram archiepiscopo offeremus, quem ipse sincere benedicet absque scrutinio, absque scripto, absque professione; antequam vero fiat benedictio illa, vel postquam facta fuerit (1), tantum promittet abbas obedientiam ei et ecclesie sue sicut matri, salva ex integro obedientia et auctoritate Romane sedis. Monachos, si habuerimus ordinandos, ipse ordinabit. Nullam stationem faciet (2) in monasterio nostro. Si ipse, vel ejus ecclesia, propriam causam agendam habuerit citra Alpes, si semel in anno aut bis rogaverit abbatem nostrum aut nos ut illic cum eis (3) eamus, ibimus cum procuratione nostra, et sicut filii causam matris nostre manu tenebimus. Similiter ubicumque citra Alpes causam habebimus, si rogatus a nobis fuerit archiepiscopus, vel ejus ecclesia, venient nobiscum cum procuratione nostra, et sicut mater causam filie in quantum poterunt subtinebunt. In privatis etiam negotiis, in vicinis locis (4), competenter nos ad invicem juvabimus. Si dominus papa, vel aliquis

(1) 1271 : *facta erit*
(2) Bét.: *facit.*
(3) Bét. : *cum eo.*
(4) Bét. : *negotiis et vicinis locis.*

legatorum ejus, ubicumque concilium convocaverit, et archiepiscopus ierit, non submovebit abbatem nostrum aut nos; quod si sponte aut pro causa nostra iverimus, ex parte ejus erimus, et si forte in eum vel nos cause oborte fuerint, alteri pro alteris assurgentes, nos alternatim, ut opus exiget, juvabimus. Si vero ipse per se infra provinciam (1) concilium celebraverit, illuc ibit abbas noster sicut alii suffraganei ejus. Si inter ipsum et aliquem canonicorum ejus discordia contigerit et inde requisiti fuerimus, quantum licuerit, salva pace archiepiscopi, concordiam reformare curabimus. Quando obierit archiepiscopus presens vel successor ejus, abbas, si presens fuerit et sanus, et totus conventus ibit ad sepulturam ejus, et ob faciendam anniversariam commemorationem scribetur nomen ejus in martirologio nostro. Ad sepulturam quoque septem priorum ecclesie ejus ibit abbas, si rationabili causa detentus non fuerit, et conventus pro quolibet aliorum canonicorum quando obierit et nobis nunciari fecerint, signa pulsabimus, et tantum, pro ipso die, pro eo in ecclesia et in reffectorio faciemus quantum et pro monacho nostro. Ad eorum vero sepulturam pars conventus ibit, quanta nobis convenire videbitur. Cum autem abbas noster presens (2), vel ejus successor, obierit, archiepiscopus et totus conventus Sancti Mauritii ad ejus sepulturam convenient; et similiter ad sepulturam majoris prioris et claustralis; de aliorum fratum decessu, quum eis fecerimus nunciari, pulsabunt signa (3), et detfuncti animam commendabunt. Preterea faciemus per annos singulos unum integrum tricenarium pro deffunctis eorum, et ipsi pro nostris anniversarium unum, quia nec tot sunt quot nos, nec tantum possunt quantum nos, nec sunt in ecclesia assidui ut nos. Porro ad celebrandum cum eis

(1) Bét. : *per se in nostra provincia.*
(2) 1271 : *Quando autem abbas noster preses.*
(3) Bét. : *majoris prioris claustri vel de aliorum fratrum decessu, cum eis fecerimus nunciari et pulsabunt signa.*

sollempnitatem sancti Mauricii, que in septembri est (1), ibit abbas, si presens fuerit et sanus, et conventus cum cappis et albis nostris, ad missam tantum, et habebimus medietatem chori. Si in eorum precipuis sollempnitatibus archiepiscopus presens non fuerit, et rogaverint abbatem nostrum, ibit, si ei licuerit et voluerit, et sollempnitatem vice archiepiscopi celebrabit.

Hiis omnibus in generali eorum capitulo a domino Alveredo, eorum archidiacono, pronunciatis et concessis, requisierunt ut abbas noster, qui jam diu abbatiam tenuerat, obedientiam promitteret quam nedum archiepiscopo vel ejus ecclesie promiserat; qui verbo tantum dixit se obedientiam archiepiscopo et matri ecclesie servaturum, salva prorsus obedientia et auctoritate Romane ecclesie ; ad quod archiepiscopus respondit : « Et ego eam cum hoc « tenore suscipio, quia Romane ecclesie, que commune « est caput nostrum, nec volo contraire, nec debeo. » Hec ergo pax et convenientia tota, Deo disponente (2), ita composita, utrinque concessa est et firmata, salva prorsus Romane sedis auctoritate et obedientia. His ita gestis, ipsi nobis et nos ipsis pacis osculum porreximus; et sic, data nobis benedictione ab archiepiscopo, ad monasterium regressi sumus.

Nomina autem tam factorum quam testium pacis et convenientie hujus subscripta sunt, multis tamen, ob vitandam prolixitatem, pretermissis. Gislebertus archiepiscopus qui et ipse tunc temporis decaniam in manu sua tenebat, [Alveredus (3) archidiaconus, Rotbertus thesaurarius, Avitus cantor, Jostho capicerius, Guarinus cellarius, Guarinus Aurelianensis prepositus, Fulcredus

(1) Bét. : *quem septembri est.* — La fête de saint Maurice se célèbre le 22 septembre.

(2) Ce mot manque dans Bétencourt.

(3) Les noms des témoins sont donnés, d'après le *Liber compos.*; le cartulaire de dom Bétencourt porte seulement : *Alveredus, Robertus, domnus Willelmus abbas, Willelmus, Thetaldus, Odo, Girardus, Garsadomus et multi alii.*

prepositus, Radulphus Faciens Malum prepositus, Jaquelinus prepositus ; simpliciter canonici : Petrus de Pruilliaco, Petrus Mainerii, Ticio, Harpinus, Odo de Casell., Galterius Clopa Scola, Paganus Thescelini, Helias de Montbason, Goffredus Gironis, Goffredus Redonensis, Alexander de Arcena, Broo, Herveus de Villa Algonis, Nicholaus Gironis , Alexander de Rupibus, Buterius, Guano de Montbason, Braccdus, Paganus Mandrusi, Jostho nepos capicerii, Goffredus de Laval, Philippus nepos archiepiscopi; de clericis chorum intrantibus, sed non canonicis: Sancio, Martinus presbyter, Paganus Mandrusi, Hugo Buordus, Stephanus presbyter, Herbertus de Vere Novo; domnus Willelmus abbas, Willelmus Redonensis prior, Tetbaudus de Columbis, Odo de Sonziaco, Odo prior claustri, Willelmus Pictavensis, Radulphus de Castro Jocelini, Rainaldus prior Castri Ledi, Gualterius notarius, Guarnerius bajulus, Johannes de Combornio, Willelmus Langobardus, Gualterius cantor, Durandus camerarius, Radulphus Catellus, Adelardus cellerarius, Hildebertus Nannetensis, Rainaldus elemosinarius, Bernardus de Belismo, Petrus bajulus, Evanus sacrista; de laicis tam Turonicis quam nostris : Rainaldus Framaldi, Fulco filius Algisi, Aimerius Escherperius, Paganus camerarius, Petrus Burdo, Hilgodus Parvus, Johannes mariscallus, Hubertus de Loratorio, Gualdinus forestarius, Girardus Alcherii, Garsadomus.]

## XLIV

*Compositio Majoris Monasterii super procurationibus prioratuum et domorum ipsorum in civitate, diocesi et provincia Turonensi* (1).

(ENTRE LE 1 ET LE 10 AVRIL 1316, N. S.)

Universis [presentes litteras inspecturis], Gauffridus, permissione divina archiepiscopus Turonensis, Gillebertus archidiaconus Turonensis, Gauffridus Transvigennensis, Stephanus Transligerensis (2) archidiaconi, et Bonanus Turonensis (3), Philippus Lochensis, Hugo de Sancta Maura, Petrus de Insula Bouchardi et Petrus Transligerensis [archi]presbyteri in ecclesia Turonensi, ac frater Johannes, permissione eadem humilis abbas [Majoris] Monasterii Turonensis, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Noveritis quod cum inter bone memorie Raginaldum

(1) Une copie de cette pièce d'après les archives de Marmoutier, layette du Franc-Salé, se trouve à la Bibl. nat., dans dom Housseau, t. VIII, n° 3476. Les mots en crochets sont ajoutés d'après Housseau ; les mots entre parenthèses y manquent. — Cette charte porte seulement la date d'avril 1315; or l'année 1315, a. s., allant du 23 mars 1315 au 11 avril 1316, on peut hésiter entre l'une ou l'autre de ces deux années Comme l'acte par lequel Jean de Mauléon, abbé de Marmoutier, fait savoir qu'il a publié cet accord en chapitre général est du 14 mai 1316, on peut avec vraisemblance placer cette pièce entre le 1er et le 10 avril 1316, n. s. L'acte de Jean est imprimé, d'après le *Livre de Guillaume le Maire*, aujourd'hui aux archives de Maine-et-Loire, G 7, dans d'Achéry, *Spicilegium*, édit. in-fol., t. II, p. 207.

(2) Cet archidiacre est Étienne de Bourgueil, qui devint plus tard archevêque de Tours (16 août 1323 - 7 mars 1335). Cf. *Gal. christ.*, t. XIV, col. 117-118.

(3) Bét. : *Rovanus archipresbyter Turonensis*. — Hous. : *Bonanus Turonensis*. — Maan, *Sancta et metrop. ecclesia Turonensis*, 1re partie, p. 260, cite comme grand archiprêtre de Tours, à la date de 1304, *Odo Bonannus*.

de Monte Basonis, quondam archiepiscopum (1), et nos Gauffridum nunc archiepiscopum Turonensem, et nos predictos archidiaconos et archipresbyteros ex una parte, et nos abbatem et conventum predictos, et priores prioratuum ad monasterium nostrum spectantium, sitorum et existentium in diocesi et provincia Turonensi ex parte altera, verteretur materia questionis super procurationibus, quas dictus Raginaldus tunc, et nos Gauffridus nunc (2) archiepiscopus, et nos archidiaconi et archipresbyteri dicebamus, nobis scilicet archiepiscopo in diocesi et provincia Turonensi, et nobis archidiaconis et archipresbyteris in archidiaconatibus, et archipresbyteratibus nostris, in jam dictis (3) prioratibus et prioribus eorumdem, spectantibus ad monasterium antedictum, tam de jure et antiqua et approbata consuetudine, observata a tempore quo memoria non existit, quam (4) per plurimas alias rationes, deberi, dum nos archiepiscopum in propria, vel aliena ex privilegio (sedis apostolice), scilicet (5) in diocesi et provincia Turonensi, et nos archidiaconos et archipresbyteros in nostris territoriis, ecclesias (6) parrochiales, infra quarum fines situantur et existunt dicti prioratus, visitare contingit, causa faciendi ibidem, que noscuntur ad nostrum cujuslibet officium pertinere; et maxime quod nos et ecclesia Turonensis (7), a tanto tempore a quo memoria non existit, per predecessores nostros fueramus et eramus et adhuc sumus in quasipossessione (8) juris habendi et percipiendi in prioratibus antedictis, et a prioribus eorumdem, procura-

(1) Renaud de Montbazon, archevêque de Tours, élu en mai 1291, † le 23 août 1312.

(2) Hous. : *quas dictus Raginaldus tunc et nos Gaufridus nunc*. — Bét. : *quas dominus R. tunc et nos G. nunc*

(3) Bét. : *nostris et jam dictis*.

(4) Hous. : *quin*.

(5) Hous. : *siti*.

(6) Hous. : *et ecclesias*.

(7) Hous. : *maxime quia nos in ecclesia Turonensi*.

(8) Hous. : *eramus et quasi sumus in possessione*.

ciones sibi et nobis debitas a prioribus et prioratibus antedictis, ratione visitacionum dictarum ecclesiarum (1) parrochialium infra quarum fines dicti prioratus situantur, per ipsos predecessores nostros impensarum, prout ad quemlibet ipsorum sui officii ratione spectabat;

Nobis predictis abbate et conventu, ac predictis prioribus nostris, e contrario dicentibus et asserentibus, nos et prioratus nostros, et eorumdem priores, eisdem archiepiscopo, archidiaconis et archipresbyteris, ad procurationes non teneri quoquomodo; et nos (et) dictos prioratus et priores nostros et eorum quemlibet, per privilegia Romanorum pontificum, fore penitus immunes a prestatione procurationum ipsarum, et nos specialiter esse in quasipossessione libertatis et immunitatis dictas procuraciones non prestandi;

Multisque allegacionibus (inter nos) super hoc habitis et quam plurimis tractatibus prolocutis, tandem attendentes quod bonorum hominum est, et precipue personarum ecclesiasticarum, lites execrari, volentes obviare periculis, damnis et incommoditatibus variis (2), que ex hujusmodi contentionibus et controversiis in futurum possent nasci, ac nostram (3) et ecclesiarum ac successorum (nostrorum) pacem acquirere cupientes, precipue cum nostre ecclesie ad invicem sint (4) proxime et vicine, et inter personas earumdem, semper, retroactis temporibus usque ad tempora dicte contentionis, seu controversie, pax [et vera] dilectio ac vera caritas viguerint (5);

Nos G[aufridus] archiepiscopus, archidiaconi et archipresbyteri supradicti cum pluribus suffraganeis ecclesie Turonensis et cum capitulo ecclesie Turonensis, et nos abbas et conventus predicti cum predictis prioribus et

(1) Entre les deux mots *ecclesiarum* et *parrochialium*, Bél. ajoute à tort la conjonction *et* qui ne se trouve pas dans Hous.

(2) Hous. : *incommoditatibus universis.*

(3) Sic : Hous. — Bél. : *nasci, hanc nostram.*

(4) Hous. : *sunt.*

(5) Hous. : *viguerunt.*

cum nostris sociis et fratribus et aliis nostris consiliariis, in nostro capitulo habitis super hoc deliberationibus diligentibus, de proborum virorum consilio, ad pacem et concordiam super premissis contentionibus et controversiis unanimiter ad invicem devenimus ; videlicet (1), quod (dum) nos archiepiscopum et successores nostros, quemlibet pro tempore, in propriis personis, vel per alium (2) ex privilegio sedis apostolice, ecclesias, infra quarum fines dicti prioratus situantur, in quibus non sunt alie (3) ab antiquo certe sumne pro procuratione taxate, debitis temporibus visitare continget, quilibet prior dictorum prioratuum (4) qui alias procurationes integras solvere consuevit, visitatione parochialis ecclesie completa, statim, vel (saltem) eadem die, decem libras bone monete, (usque) illius monete in qua domini temporales pro tempore recipient communiter suos redditus sive census, nobis et successoribus nostris (pro tempore), si personaliter, vel commissario nostro seu successorum nostrorum pro tempore visitanti (5), si ex privilegio sedis apostolice per alium (6) visitemus aut visitent nostri successores pro tempore, pro expensis nostris dicte diei et dictorum successorum nostrorum cujuslibet pro tempore, solvere tenebuntur (7) ; ita tamen quod nos et successores nostri (in archiepiscopatu taliter tempora nostrarum visitationum in diocesi Turonensi moderemus, quod iidem priores, anno quolibet, nisi unam procurationem solvere non teneantur.

Priores vero qui ab antiquo certam summam taxatam solvere consueverunt, eandem summam in predicta moneta, eadem die qua fiet visitatio in ecclesiis, infra

(1) Hous. : *unanimiter tenemur; videlicet.*
(2) Hous. : *alios.*
(3) Hous. : *aliæ.* — Bét. *alias.*
(4) Hous. : *continget quibus priorum predictorum prioratuum.*
(5) Hous. : *visitationis.*
(6) Hous. : *alios.*
(7) Hous. : *successorum nostrorum cuilibet solvere tenebitur.*

quarum fines prioratus sui situantur, nobis et successoribus nostris cuilibet pro tempore, si personaliter, vel commissario nostro et successorum nostrorum cujuslibet pro tempore visitanti), si per alium, ut nos et predecessores nostri consuevimus, visitemus aut visitent (1), solvere tenebuntur.

Prior vero Sancti Martini Majoris Monasterii, diocesis Leonensis (2), qui taxatam procurationem seu integram solvere non consuevit, sed una cum prioribus Sancti Melanii de Monte Relapo et Sancti Mathei (3) ejusdem loci ad procurationem integram pro tertia parte conferre et solvere consuevit, dum nos vel successores nostros personaliter, vel per alium (4)ex privilegio sedis apostolice, (visitare) continget, tertiam partem dicte procurationis, prout est superius taxata et concordata, videlicet, sexaginta sex solidos et octo denarios, pro rata sua, in dicta moneta, solvere tenebitur, dicta die qua fiet visitatio supradicta.

Et si qui essent alii priores ejusdem conditionis, qui integram seu taxatam solvere non consueverint (5), sed una cum aliis, sive prioribus, sive curatis, ad procurationem integram pro aliqua (parte) conferre et solvere consueverint (6), eodem modo pro rata pro qua consueverunt (7) ad procurationem conferre, modo [jam] supradicto solvere tenebuntur.

Dum (8) vero nos archidiaconos et archipresbyteros et successores nostros in nostris archidiaconatibus et archi-

(1) Bét. : *visitant.*

(2) Ces deux mots laissés en blanc dans Hous.

(3) Les prieurés de Saint-Mélaine et de Saint-Mathieu de Morlaix dépendaient du diocèse de Tréguier. Cf. pièce n° LI, § 8, p. 127. — Hous. : *una tantum prioribus Sancti Melani de Monte Relapso et Sancti Martini.* — Bét. : *una cum prioribus Sancti Martini de Monte Relapso et Sancti Mathei.*

(4) Hous. : *alios.*

(5) Hous. : *consueverat.*

(6) Bét. : *consueverunt.* — Hous. : *consueverint.*

(7) Hous. : *consueverint.*

(8) Hous. : *cum.*

presbyteratibus in propriis personis, vel per alium (1) ex privilegio sedis apostolice, visitare continget, priores prioratuum sitorum infra fines parrochiarum predictarum quas per nos et successores nostros personaliter, vel per alium ex privilegio apostolice sedis, contigerit (2) visitari, qui alias consueverunt procurationes integras solvere nobis archidiaconis et successoribus nostris cuilibet pro tempore triginta solidos predicte monete, et nobis achipresbyteris et successoribus nostris pro tempore viginti solidos ejusdem monete, ratione cujuslibet visitationis parrochialis ecclesie, eadem die qua fiet visitatio, ibi vel saltem Turonis infra octo dies a tempore visitationis hujusmodi, solvere tenebuntur pro omnibus expensis nostris dicte diei et successorum nostrorum qui pro tempore fuerint (3) ; (ita quod nos archidiaconi et archipresbyteri predicti et successores nostri in dictis archidiaconatibus et archipresbyteratibus taliter tempora visitationum nostrarum moderemus, quod iidem priores, anno quolibet, nisi unam procurationem solvere non teneantur).

Qui vero [non] integras taxatas nobis solvere consueverunt, easdem, prout est hactenus consuetum, in moneta predicta persolvent (4), ita tamen quod nos archiepiscopus, archidiaconi (et) archipresbyteri, et successores nostri predictis summis, pro omnibus expensis quas ratione visitationis dicte ecclesie, et procurationis (predicte) debite, tam ratione dicte ecclesie, quam prioratus infra fines dicte parrochie existentis (5), a dictis prioribus possemus et possent exigere et habere, contenti erimus et erunt, nec plus pro dicta causa exigere poterimus aut poterunt ab eisdem religiosis vel ab aliquo eorumdem, salvis tamen procurationibus nobis archidiaconis et

(1) Hous. : *alios.*
(2) Hous. : *continget.*
(3) Hous. : *fuerunt.*
(4) Hous. : *persolvant.*
(5) Hous. : *consistentes.*

archipresbyteris a rectoribus dictarum ecclesiarum debitis ab antiquo. Nec invitis, renitentibus seu expresse (1) contradicentibus prioribus, seu custodibus dictorum prioratuum, domos ipsorum prioratuum, grangias, (res) seu bona propria ipsorum poterimus nec poterunt intrare, occupare, accipere, seu invadere.

Et, ut predicti priores de predictis summis, dum predictas ecclesias per nos archiepiscopum et successores nostros personaliter, vel ex privilegio sedis apostolice visitare per alium continget (2), sibi valeant providere et nobis promptius satifacere (de) eisdem, nos predictus archiepiscopus et successores nostri pro tempore, dum, seu quum (3), voluerimus nostram diocesim visitare, hoc ipsum tenebimur denunciare rectori ecclesie Sancti Audœni Majoris Monasterii pro tempore, si sit presens; et, si non sit in dicta ecclesia, vocatis [ad hoc] aliquibus fide dignis. Qua (4) denunciatione facta, ecclesias infra quarum fines dicti prioratus situantur, nisi demum tribus ebdomadis elapsis a tempore dicte denunciationis (5), non poterimus nec successores nostri poterunt visitare. Similiter, nos archiepiscopus supradictus, diffinitionem nostram quamlibet, quam faciemus (6) de visitatione nostra reiteranda in provincia, denunciare tenebimur rectori ecclesie supradicte [pro tempore], si sit presens; et si, non sit in dicta (ecclesia), vocatis ad hoc aliquibus fide dignis. Qua denunciatione facta, ecclesias infra quarum fines dicti prioratus situantur, nisi demum tribus ebdomadis elapsis a tempore dicte denunciationis, non poterimus visitare; et, eo modo, similem denunciationem successores nostri archiepiscopi Turonenses facere tenebuntur.

(1) Hous. : *expressis.*
(2) Hous. : *apostolicæ per alium visitari continget.*
(3) Hous. : *quando.*
(4) Bét. : *quia.*
(5) Hous. : *dictæ visitationis.*
(6) Hous. : *diffinitiones nostras qualesquasque faciamus.*

Nos autem (1) predictus abbas, qui ex tota animi nostri intentione in pace et concordia vivere cupimus et in tranquilla devotione Domino famulari, ad hoc quod predicta compositio in futurum (2) valeat firmius (3) observari, promittimus bona fide, quod in nostro primo capitulo generali omnes (dictos) priores nostros et nostri monasterii in diocesi et provincia Turonensi constitutos monebimus (4) una monitione pro omnibus (5), ut ipsi et eorum quilibet predictas summas pecuniarum predictis domino archiepiscopo, archidiaconis et archipresbyteris indilate solvant (6), eo modo quo superius continetur, (et) predictam compositionem firmiter teneant et observent. Promittimus etiam quod, in dictos priores non observantes dictam compositionem, et in non satisfacientes (7) modo et forma predictis (8), suspensionis sententia (9) ex tunc ut ex tempore (10) quo satisfacere tenebuntur proferemus; quam suspensionis sententiam, si quis per octo dies sustinuerit, in ipsum ex tempore dicti capituli, ut ex (11) tempore dictorum octo dierum transactorum, excommunicationis sententiam proferemus; quam excommunicationis sententiam, si quis per mensem sustinuerit, ipsum sic excommunicatum a sua administratione suspendemus et ad claustrum revocabimus, vel alibi mittemus eundem sic suspensum ab administratione dicti prioratus ubi videbimus expedire, donec predictis prelatis de predictis summis, modo quo supra, fuerit satisfactum (12); sed ut taliter excommuni-

(1) Hous. : *etiam.*
(2) Hous. : *futuris.*
(3) Hous. : *valeat sin minus.*
(4) Bét. : *movebimus.*
(5) Hous. : *pro tribus.*
(6) Hous. : *judicate solvunt.*
(7) Hous. : *et non insatisfacientes.*
(8) Hous. : *supradictis.*
(9) Hous. : *sententiam.*
(10) Hous. : *de tempore.*
(11) Hous. : *et ex.*
(12) Hous. : *fuerit satisfecerint.*

cato et a sua administratione suspenso de sue absolutionis benificio valeat provideri (1), volumus et consentimus, et in (2) predicto nostro generali capitulo, statuere et pronuntiare promittimus, quod si contingat nos (dictum) sic excommunicatum a sua administratione absolvere aliqua de causa, et alii administrationem dicti prioratus committere, subrogandus in (3) dicta administratione, nisi infra mensem a tempore provisionis sibi facte de administratione predicta de dicta summa debita satisfaciat (in) penas supradictas incidat, ipso facto, et eodem modo.

Quilibet abbas successor noster, in primo capitulo generali post institutionem suam, similes monitiones, sententias et processus per intervalla predicta facere et pronunciare tenebitur in futurum.

Promittimus insuper nos abbas et conventus predicti, quod si dicti [dominus] archiepiscopus, archidiaconi (et archipresbyteri) super presenti compositione confirmationem a sede apostolica voluerint impetrare, quod nos ad hoc consentiemus et (ex) nunc in quantum in nobis est (tenore presentium) consentimus: et constituemus nos abbas et conventus predicti procuratorem specialem ad consentiendum pro nobis in Romana curia confirmationi (4) compositionis predicte; salvo quod ad impetrationem [dicte] confirmationis compositionis hujusmodi nichil (5) conferemus, nisi expensas nostri procuratoris predicti.

Insuper, ut predicta compositio firmior et validior habeatur, nos abbas et conventus predicti omnia bona dictorum prioratuum nostrorum ad solutionem hujusmodi faciendam et ad tenendum, adimplendum firmiter

(1) Bél.: *providi.*
(2) Hous.: *consentimus quod in.*
(3) Hous.: *et alios... subrogandos in.*
(4) Hous.: *in confirmatione.*
(5) Hous.: *confirmationis faciendum nihil.*

et observandum (1) omnia et singula predicta (2), ad non veniendum contra in futurum aliqua ratione; nosque archiepiscopus, archidiaconi et archipresbyteri predicti ad predicta tenenda et observanda, bona dictorum archiepiscopatus (3), archidiaconatuum et archipresbyteratuum nostrorum specialiter obligamus. Preterea nos archiepiscopus [predictus], archidiaconi et archipresbyteri, et nos abbas et conventus predicti procuratores speciales constituere promittimus (4), qui predictam compositionem in animas nostras jurabunt observare et contra non venire in futurum aliqua ratione. Et eodem modo, successores nostrorum archiepiscopi, archidiaconorum et archipresbyterorum (5), nec non (nostri) abbatis predicti, in (primo) capitulo generali post institutionem (6) suam simile juramentum per procuratorem facere tenebuntur; attento inter nos quod per presentem compositionem exemptioni seu privilegiis et libertatibus dictorum abbatis et conventus (et priorum) et prioratuum (predictorum) in aliis non fiat prejudicium nec fieri valeat in futurum. In cujus rei testimonium nos archiepiscopus, archidiaconi (et) archipresbyteri, abbas(que) et conventus predicti signa nostra (7), (una cum signo capituli Turonensis), hiis presentibus litteris duxibus apponenda.

Nos vero decanus (8) et capitulum Turonenses huic presenti compositioni, de nostris voluntate et assensu facte et gratia, in quantum in nobis est ratificamus, et

(1) Hous.: *ad solemnitates faciendas et ad tenenda et firmiter adimplenda ac observanda.*

(2) Hous.: *supradicta.*

(3) Hous.: *archiepiscopatuum.*

(4) Hous.: *constituendos promittemus.*

(5) Hous.: *modo successorum nostrorum archiepiscopi, archidiaconi et archipresbyteri.*

(6) Hous.: *constitutionem.*

(7) Hous.: *sigilla nostra.*

(8) Hous.: *et nos predicti decanus.*

etiam (1) approbamus, sigillum nostrum apponi fecimus, in testimonium premissorum.

Datum anno Domini MCCC quinto decimo, mense aprilis, apud Turones et apud Majus Monasterium in capitulo generali (2).

## XLV

*Compositio per quam capitulum Caynonense debet XL solidos pro procuratione, annuatim in festo sancti Michaelis.*

(5 oct. 1366)

Universis etc., Simon, Dei gratia archiepiscopus Turonensis, salutem.

Cum nos peteremus a viris venerabilibus et discretis capicerio et capitulo collegiate Beati Maximi de Caynone, nostre diocesis Turonensis, procurationem integram nobis solvi, tanquam de jure debitam, ratione visitationis quam habere in dicta ecclesia dicebamus; prefati capicerius, canonici et capitulum ad hoc se teneri denegantes, asserentes se et suam ecclesiam fuisse ab antiquo et esse a prestatione hujusmodi penitus liberos et immunes, seu privilegiatos, ac in possessione, seu quasi, libertatis et immunitatis hujusmodi a XL, LX et C annis et ultra, et citra, pacifice et quiete, videntibus et scientibus, ac videre et scire valentibus archiepiscopis Turonensibus et non contradicentibus, sed confitentibus et approbantibus, nobis nonnullas litteras apostolicas

(1) Hous. : *factæ et gratia in quantum in nobis est ratificationem laudamus, et etiam.* — Bét. : *facte et quam in quantum in nobis est ratificamus, et etiam.*

(2) Le 1er juin 1437, Philippe de Coëtquis, archevêque de Tours, déclare nulle toute procédure commencée en sa faveur contrairement à cette composition, et notamment celle contre Jean Voudet, prieur de Jugon, diocèse de Saint-Brieuc (Bibl. nat., Hous., t. IX, n° 3886).

et predecessorum nostrorum ostenderunt, et nos super premissis tam per litteras hujusmodi et scripturas autenticas et antiquas, quam alias, informare debite et sufficienter ac rationes suas ostendere ad hoc efficaces obtulerunt, et se contra nos quoad hoc multipliciter opponentes, ad sedem apostolicam appellarunt; altercatoque aliquandiu inter nos et ipsos, visis etiam per nos et intellectis litteris et scripturis hujusmodi ac juribus, libertatibus ac rationibus ipsorum attentis, nec per aliquos testes reperimus, dictos capicerium, canonicos seu capitulum dicte ecclesie Caynonensis predecessoribus nostris archiepiscopis Turonensibus unquam procurationem aliquam persolvisse, sed per famam publicam intelleximus se ad hoc aliqualiter non teneri; considerantes insuper, prout sancti ac probi patres, predecessores nostri archiepiscopi Turonenses, consideraverunt, quod decet loca sanctorum amplius venerari, et ne ministrantibus in ipsorum ecclesia aliqua molestia inferatur;

Premissis igitur, ac aliis que nos movent, prout et movere debent, consideratis et attentis, et prehabitis super hoc diligentibus et providis deliberatione et tractatu, ac nostre ecclesie utilitate pensata, inspirante Sancti Spiritus gratia, et pro omni materia discordie inter nos, et nostros, et ipsos, et suos successores, et pro omni dubio ob hoc perpetuo tollendo, et pro bono pacis et concordie perpetuo observande, cum dictis capicerio, canonicis et capitulo ac ministris ipsius ecclesie Caynonensis, super procuratione hujusmodi convenimus, composuimus, concordamus et componimus in hunc modum, videlicet, quod ipsi capicerius et capitulum pro omni procuratione, vel occasione procurationis cujuscumque, nobis et successoribus nostris archiepiscopis Turonensibus apud Caynonem, in singulis festis beati Michaelis in Monte Gargano, quadraginta solidos monete currentis solvent et solvere tenebuntur perpetuo; et ita ipsos et ipsorum ecclesiam Sancti Maximi Caynonensis ab omni procuratione, seu onere procurationis, per

compositionem hujusmodi, declaramus perpetuo liberos et immunes, et presentem compositionem volumus perpetuis temporibus observari. In cujus rei etc.

Datum die quinta octobris, anno Domini MCCCLXVI.

## XLVI

*Littera quatuor librarum debitarum annuatim domino Turonensi a priore de Aquaria Andegavensi* (1).

(1208-1223)

Frater Amelinus, Dei gratia abbas, et conventus Sancte Trinitatis Vindocinensis omnibus qui presentes litteras viderint perpetuum in Domino salutem.

Notum facimus universis quod, cum dominus Johannes, venerabilis Turonensis archiepiscopus, a domo nostra Sancte Trinitatis Andegavensis de Aquaria exigeret procurationem ratione visitationis a se et predecessoribus suis sepe perceptam, ut dicebat, et nos eam negaremus, obtentu privilegiorum nostrorum nobis et ecclesie nostre a sede apostolica indultorum, unde etiam litteras apostolicas impetraveramus ad judices delegatos ;

Tandem, mediantibus bonis viris, et consensu mutuo, videlicet et nostro et Turonensis et Vindocinensis capitulorum, in hanc formam pacis convenimus, quod singulis annis prior noster predicte domus semper archiepiscopo Turonensi, vel ejus certo mandato, apud Andegavis (*sic*), in Nativitate beate Marie, quatuor libras Turonensis monete persolvere teneatur. Itaque, si infra quindenam ejusdem festi non reddiderit eas requisitus, dominus archiepiscopus ecclesias nostras de sua provin-

(1) Hamelin, abbé de la Trinité, de 1202 à 1222 ou 1223 (*Gal. christ.*, t. VIII, col. 1371-1372); Jean de Faye, archevêque de Tours, de 1208 à 1228 (*Gal. christ.*, t. XIV, col. 100-104).

cia supponere poterit interdicto, quousque sibi fuerit satisfactum. Si vero, ad civitatem Andegavensem descendens, ad domum illam divertere voluerit, in expensas suas, omnino benigne recipietur. Quod ut ratum et stabile esset presentes litteras sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari.

## XLVII

*Littera de XL solidis percipiendis in prioratibus de Carta, de Sancto Saturnino, de Meneil, semel in anno quum transitum facit per partes illas.*

(1205)

Bartholomeus, Dei gratia Turonensis archiepiscopus, omnibus qui presentes litteras viderint salutem in Domino.

Cum inter nos et venerabilem abbatem Vindocinensem Hamelinum super procuratione nostra quam communi jure exigebamus, a quibusdam domibus suis, scilicet de Carta, de Sancto Saturnino, de Meneil, in provincia nostra sitis, questio verteretur, dicto abbate paupertatem et insufficientiam dictarum domorum allegante et possessionem hujusmodi libertatis tempore predecessorum nostrorum habitam pretendente;

Tandem, bonis viris mediantibus, ita pro bono pacis duximus moderandum quod, quando nos, vel successores nostri, per partes illas transitum fecerimus, semel in anno ratione procurationis, quadraginta solidos Turonensis monete a qualibet ipsarum recipiemus, nichil ab eis amplius ratione procurationis petituri, nisi receptionem in domibus ipsis, si forte ad ipsas duximus divertendum. Quod ut ratum sit et firmum presentes litteras inde conscribi mandavimus et sigilli nostri munimine roborari.

Actum Turonis, anno gratie M°CC° quinto, ordinationis nostre XXXI, quo venerabilis frater noster Johannes, Dolensis episcopus, in plena sinodo sedit in majore ecclesia nostra Turonensi.

## XLVIII

*Compositio per quam debet abbatia Sancti Florentii XV libras annuatim apud Candam.*

(1211)

Omnibus etc., Michael abbas et conventus ecclesie Sancti Florentii Salmurensis eternam in Domino salutem. Cum a prioratibus nostris, quos habemus in Andegavensi diocesi, venerabilis pater Johannes, Turonensis archiepiscopus, ratione visitationis, quum scilicet in provinciam pro officii sui executione descenderet, procurationem sibi exigeret exhiberi, sicut habet in corpore abbatie nostre et aliis prioratibus nostris aliarum diocesium provincie sue, et nos contra exciperemus exilitatem domorum illarum, et longissimi temporis prescriptionem, quum temporibus predecessorum ipsius ab hoc onere libere fuerant et immunes; idem archiepiscopus indempnitati ecclesie Turonensis et levamini domorum illarum volens moderatione congrua providere, attendens etiam quod cum diocesano nostro Andegavensi episcopo super procurationibus, quas in eisdem prioratibus exigebat, amicabiliter composuissemus, salvo corpore abbatie nostre, dictas domos nostras, Andegavensis scilicet diocesis, ab hoc onere, cum assensu capituli sui, salvo in aliis jure suo episcopali, duxit in posterum absolvendas. Itaque pro bono pacis ipsi et successoribus suis, singulis annis in nundinis Salmuriensibus, trecentos solidos Turonensis monete apud Candatum, in domo sua, nostra solvere tenebitur abbatia. Domos etiam quas in

claustro Sancti Mauritii habemus prefato archiepiscopo et ecclesie Turonensi omnino quittavimus ut de cetero ad capitulum Turonense debeant pertinere. Quod ut ratum etc.

Actum anno gratie M°CC°XI°.

## XLIX

*Compositio monasterii Sancti Vincentii Cenomanensis super procuratione quorumdam prioratuum; et de decem libris ab ipsis solvendis domino archiepiscopo, tempore visitationis sue, pro aliis prioratibus minus sufficientibus ad integras procurationes solvendas.*

(19 DÉC. 1265)

Universis etc., Vincentius, permissione divina archiepiscopus Turonensis, salutem.

Noverint universi quod cum contentio verteretur inter nos ex una parte, et religiosos viros abbatem et conventum monasterii Sancti Vincentii Cenomanensis et priores prioratuum infra scriptorum, tempore visitationis nostre super prioratibus ejusdem monasterii infra Cenomanensem diocesim constitutis, ex altera;

Tandem, communicato inter nos et eosdem religiosos tractatu, super premissis concordatum extitit in hunc modum, videlicet quod in singulis prioratibus de Tuffeo, Sancti Vincentii de Oratorio, de Sarceio, de Noento, de Sancto Lenogesillo (1) et de Basogies, ejusdem monasterii, percipiemus nos et successores nostri procurationes integras, absque eo quod aliquando subsidium vel adjutorium possint petere, tempore visitationis predicte. De prioratibus autem de Aseyo Le Boeyne et de Curto Lucro ipsius monasterii, precipiemus a quolibet, sicut de con-

(1) Bét. : *Levogesillo.*

suetudine dicebamus ad nos pertinere, sexaginta solidos monete Turonensis, que valorem currentis non excedat. Et de prioratu de Ponte Valenti monasterii de Cultura Cenomanensi, quem asserebant dari tempore visitationis nostre in subsidium suo prioratui de Sarceio, percipiemus quadraginta solidos monete currentis, ut est dictum. Et de prioratu de Parenneio (1) Sancti Nicolay Andegavensis, quem asserebant dari in subsidium prioratui de Basogies, precipiemus similiter quadraginta solidos monete currentis, libere et quiete. De reliquis autem prioratibus prefati Cenomanensis diocesis, videlicet [de] Piremolio, de Seaux, de Treconio, de Conerreio (2), de Sodaio, de Campigniaco, de Toreio, de Palays, Sancti Gervasii in Belino (3), de Sancto Martiali, Sancti Leodegarii, Sancti Leonardi, Sancti Karilefi, et de Avenis, a quorum aliquibus, tempore visitationis nostre, certam summam pecunie petebamus, licet iidem religiosi dicerent eos non posse sufficere ad aliquid nobis prestandum subsidium, sed assererent aliquos eorumdem prioratuum dari in subsidium, videlicet prioratuum de Seaux prioratui de Tuffeio, prioratum de Pirimilleio prioratui de Noento, et prioratum de Treconnio prioratui Sancti Vincentii de Oratorio, percipiemus decem libras monete currentis, prout superius est expressum, singulis temporibus nostre visitationis, ac de predictis summis contenti erimus, nisi ad majorem fortunam vel ampliorem devenirent in futurum prioratus predicti, adeo quod in eis, vel eorum aliquibus, procurationem integram percipere possemus, vel ad id eorumdem sufficerent facultates; etiam si appareret eorumdem prioratuum aliquem, seu aliquos, tantas nunc habere facultates quod ad procurationem integram sufficerent, quod in eis nostram procurationem integre percipere valeamus.

Hanc autem compositionem et ordinationem nos archi-

(1) Bét. : *Perenneio.*
(2) Bét. : *Coverreio.*
(3) Bét. : *in Belmo.*

episcopus et nos abbas et conventus predicti, pro nobis et prioribus prioratuum predictorum, ratam et gratam habemus et obligamus bona fide, nos archiepiscopus, scilicet rogando quod signa decani et capituli Turonensium presentibus apponantur. In cujus rei, etc., nos archiepiscopus et nos abbas et conventus predicti signa nostra duximus presentibus apponenda.

Datum die sabbati ante Nativitatem Domini, anno gratie M°CC° sexagesimo quinto.

## L

*Compositio per quam abbas et conventus de Cultura Cenomanensi debent domino Turonensi, singulis biennis ad festum sanctorum Gervasii et Prothasii estivale, XXX libras* (1).

(ENTRE LE 15 ET LE 30 AVRIL 1240)

Juhellus etc., universis etc., salutem.

Noverint universi quod, cum inter nos ex una parte, et viros religiosos in Christo charissimos abbatem et conventum Sancti Petri de Cultura Cenomanensi ex altera, contentio verteretur super hiis, videlicet, quod procurationes, seu procurationum auxilia, in de Priz (2), de Villa Monachi, de Salvia, de Cocheio, de Pezeio

(1) Cette pièce a été publiée, en 1845, par Th. Cauvin, *Géographie ancienne du diocèse du Mans*, dans les *Mémoires de l'Institut des provinces de France*, 2e série, t. I, p. LXXXIX, d'après un texte conservé alors aux Archives de la Sarthe et qui n'a pu être retrouvé ; elle a été de nouveau imprimée, d'après la copie de dom Bétencourt, dans le *Cartulaire de Saint-Pierre de la Couture et de Saint-Pierre de Solesmes, publié par les Bénédictins de Solesmes* (in-4°, 1881), p. 268, n° 326, avec la date erronée d'avril 1241, n. s. L'année 1240, a. s., commence en effet le 15 avril 1240 pour finir le 30 mars 1241, n. s.

(2) Sic : Cauvin. — Bét. porte : *in* (*adde prioratibus*) *de Pris*. Cette addition est inutile, le mot *prioratibus* se trouvant dans la charte rejeté à la fin de la liste des prieurés.

secravit, ei et successoribus ejus pallii usum indulgens, et mandans episcopis Britannie ut ei tanquam archiepiscopo reverentiam et obedientiam exhiberent (1); que, quoniam authenticum (2) non habebat, per Urbani secundi litteras voluit edocere. Felicis etiam recordationis Urbanus secundus (3) R[ollando], Dolensi archiepiscopo (4), — juramento (5) ab ipso recepto quod memoratus G[regorius] (6), predecessor ipsius, predecessori ejusdem R[ollandi] et successoribus suis usum palii concessisset, sicut in transcripto litterarum ejusdem G[regorii], quarum authenticum se habere juravit, erat expressum, — munus pallii ex apostolice sedis liberalitate concessit, licet ipsi mandasset ut exhibere se nullatenus recusaret ad discutiendam querimoniam quam Turonensis archiepiscopus, de subjectione Dolensis ecclesie et obedienta sibi negata, tam apud ipsum quam predecessores ejus, fecerat sepe proponi (7). Idem etiam, in litteris quas principibus et populo Dolensis ecclesie destinavit pro justitiis ejusdem ecclesie, eum duxit archiepiscopum nominandum, sicut per scriptum authenticum pars eadem demonstravit (8). Pie quoque memorie Pascalis II (9) Baldrico, Dolensi archiepiscopo (10), a Gerardo (11) tunc Engolimensi episcopo (12), auctoritate sedis apostolice instituto, pallium, plenitudinem scilicet

(1) Bulles de Grégoire VII du 27 sept. 1076 : 1° au clergé et au peuple de Dol; 2° au clergé de Bretagne. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n°s 5003 et 5004. Cf. aussi n° 5005.

(2) Bal. : *authentica.*

(3) Urbain II, pape, élu et consacré le 12 mars 1088, † 29 juin 1099.

(4) Rolland II, évêque de Dol, depuis 1093 ?, † vers 1107.

(5) Bal. : *juramenta.*

(6) MD., 1271, Bét. et Bal.: *memoratus G.* — 1268 : *memoratus Gaufridus.*

(7) Bulle d'Urbain II de 1093 aux évêques de Bretagne. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 5475.

(8) Bulle d'Urbain II de 1093, aux barons et au peuple de l'église de Dol. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 5476.

(9) Pascal II, pape, élu le 13 août 1099, consacré le 14, † 21 janv. 1118.

(10) Baudry, évêque de Dol, consacré le 24 nov. 1107, † 5 janv. 1130.

(11) Bét. porte à tort : *et Geraldo.*

(12) Gérard II *de Blavia*, évêque d'Angoulême, de 1101 à 1136.

officii pastoralis, indulsit ut eo, secundum predecessorum suorum consuetudinem, uteretur (1). Preterea, in sinodo a bone memorie Calixto papa (2) celebrata Remis (3), B[aldricus], Dolensis archiepiscopus, cum duobus suffraganeis suis interfuisse legitur, et ad ipsam prius (4) tanquam archiepiscopus evocatus (5). Honorius (6) insuper, cum predictum G[erardum], tunc Engolismensem episcopum, tanquam legatum suum et apostolice sedis vicarium, destinaret, inter alios legitur Baldrico, archiepiscopo Dolensi, scripsisse ut eum reverenter susciperet et ipsi humiliter obediret (7); qui etiam Baldricus quatuor suffraganeos habuisse probatur. Ad hec (8) felicis memorie Innocentius papa (9), predecessor noster, G[aufridum], Dolensem archiepiscopum (10), et suffraganeos ejus, ad concilium, quod Pisis postea celebravit, legitur evocasse (11); et ad querimoniam ejus citasse archiepiscopum Turonensem, ut super subjectione, quam a Dolensi

(1) Bulles de Pascal II de 1109 : 1° à B[audry], « archevêque » de Dol ; 2° aux suffragants, au clergé et au peuple de l'église de Dol. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n°s 6224 et 6225.

(2) Calixte II, pape, élu le 2 fév. 1119, † le 13 ou le 14 déc. 1124.

(3) Le concile de Reims fut tenu les 20 et 21 oct. 1119. Cf. Mansi, *Sacr. conciliorum nova et amplissima collectio*. t. XXI, col. 235 ; Jaffé, *Bibliotheca rerum Germanicarum*, t. V, p. 357 ; Martène et Durand, *Thesaurus nov. anecdotorum*, t. III, col. 884.

(4) Sic : 1268, MD., 1271 et Bal. — Bét. : *ad ipsam presens*.

(5) Bulle de Calixte II aux archevêques de Reims, Rouen, Sens, Bourges, Tours, Dol, Bordeaux, et Auch de juillet ? 1119. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 6725.

(6) Honorius II, pape, élu 15-16 décembre 1124, consacré le 21, † 13 février 1130.

(7) Bulle d'Honorius II sans date aux archevêques de Bourges, Tours, Bordeaux, Auch et Dol. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 7389.

(8) Bét. : *ad hoc*. — 1268, MD., 1271 et Bal. : *ad hec*.

(9) Innocent II, pape, élu le 14 février 1130, † 24 sept. 1143.

(10) Geoffroy le Roux, évêque de Dol, élu en 1130, transféré à Capoue vers 1146, *alias* 1138.

(11) Le concile de Pise eut lieu du 30 mai au 6 juin 1135. Jaffé-Wattenbach, *Regesta*, t. I, p. 865. Cf. Mansi, *Sacr. concil. nova et ampliss. collectio*, t. XXI, col. 485 (sous la date de 1134).

(12) Bulle d'Innocent II à G[eoffroy], « archevêque » de Dol et à ses suffragants du 8 novembre 1134. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 7660.

petebat, justitiam ostenderet ecclesie Turonensis et eidem Dolensi de Aletensi diocesi responderet (1). In quo etiam pie memorie Celestinus (2) eundem predecessorem suum Innocentium est secutus (3). Et licet bone memorie Lucius (4) papa secundus (5), predecessor noster, contra Dolensem ecclesiam pro Turonensi sententiam promulgarit (6), semper tamen Dolensis ecclesia in libertatis possessione permansit, cum, sicut in scripto etiam ab adversa parte inducto perspicitur contineri, concessum fuerit (7) ut Gauffridus, tunc Dolensis archiepiscopus, quamdiu (8) ecclesie preesset eidem, usum pallii non amitteret, nec alii quam Romano pontifici subjaceret. Idem etiam Gauffridus, cum ad Capuane sedis metropolim (9) aspiraret, in via cum Turonensi (10) archiepiscopo dicitur collusisse, nec bene deffendisse causam Dolensis ecclesie, a qua tam corpore quam animo discedebat, cum statim post (11) sententiam transierit ad ecclesiam Capuanam. Oliverius (12) quoque, successor

(1) Bulle d'Innocent II à [Hugues], archevêque de Tours, de 1142. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 8263.

(2) Célestin II, pape, élu le 26 sept. 1143, † 8 mars 1144.

(3) Bulle de Célestin II, du 10 déc. 1143, à Hugues, archevêque de Tours. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 8456.

(4) Sic: 1268, MD, 1271 et Bal. — Bét. porte: *licet hanc Lucius.*

(5) Luce II, pape, consacré le 12 mars 1144, † 15 févr 1145.

(6) Bulles de Luce II : 1° à Hugues, archevêque de Tours, 15 mai 1144; 2° aux évêques de Saint-Brieuc et de Tréguier, 15 mai 1144; 3° à Geoffroy, comte de Bretagne, à son frère Henri, et aux barons des diocèses de Dol, Saint-Brieuc et Tréguier, 18 mai 1144. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n°s 8609, 8610 et 8613. Cf. Bibl. nat., lat. nouv. acq. 1268, f. 5, une copie de la première collationnée en 1613, sur l'original scellé en plomb sur lacs de soie rouge. — La 1re et la 3e de ces bulles forment les n°s XXI et XXII des deux cartulaires de Rome et de Londres. — MD. porte : *promulgavit.*

(7) Sic : 1268 et Bal. — MD. et Bét. : *fuit.*

(8) Sic: 1268, MD., 1271 et Bal. — Bét. porte : *qui diu.*

(9) Sic: 1268, MD., 1271 et Bal. — Bét. porte : *ad Capuanam sedis metropolim*

(10) Sic: 1271, Bét. et Bal. — 1268 : *in...... Turonen.* — MD. : *in judicio Turonensi.*

(11) Sic : 1271, Bét. et Bal. — 1268 : *discedebat,........ post.* — MD. : *discedebat, siquidem post.*

(12) Olivier, évêque de Dol, de 1147 à 1153 ?

ipsius electus, eosdem suffraganeos, quos G[auffridus] predecessor ejus habuerat, habuit, et in Dolensi ecclesia ministravit, sicut per plures testes fuerat comprobatum (1). Adjecit etiam pars Dolensis, quod, processu temporis, bone memorie Eugenius papa (2), predecessor noster, felicis recordationis B[ernardum], Clarevallensem abbatem (3), ad sopiendam inter easdem ecclesias controversiam destinavit, cujus statutum servare noluit ecclesia Turonensis (4). Ceterum cum H[ugo], postmodum Dolensis electus (5), propter illiteraturam suam, apostolico se timeret conspectui presentare, cum [Roberto] (6) cantore et aliis quatuor canonicis Dolensibus, Andegavis, quasi cum Turonensi compositurus (7), accessit, et exinde, contra prohibitionem cantoris et alterius senioris canonici, [Willelmi de Dinano] (8), cum tribus junioribus (9) Turonensem adiit civitatem, et corruptis tribus illis canonicis (10) per collationem prebendarum, et salvo jure Dolensis ecclesie jurare inductis se servaturos quod oblata eis cartula continebat, a Turonensi archiepiscopo munus consecrationis acce-

(1) Cf. Martène et Durand, *Thes. novus anecd.*, t. III, col. 919-921, notamment dépositions d'Henri, abbé de Saint-Jacut, de Guillaume de Dinan (*Willelmus de Dinano*), chanoine, de Geoffroy Hoel, etc.

(2) Eugène III, pape, élu le 15 février 1145, sacré le 18, † 8 juillet 1153.

(3) Saint Bernard, fondateur de Clairvaux en 1114 ou 1115, † 20 août 1153. *Gal. christ.*, t. IV, col. 796-797.

(4) Il est question de la mission donnée à saint Bernard par Eugène III dans une bulle d'Anastase IV du 13 février 1164 à [Engebaud], archevêque de Tours. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 9831.

(5) Hugues le Roux (*Hugo Rufus* ou *Rubens*), évêque de Dol, confirmé par bulle d'Anastase IV au clergé, aux barons et au peuple de Dol, du 13 février 1154. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 9830. — Il résigna son évêché en 1161 ?

(6) *Gallia christ.*, t. XIV, col. 1066-1067 ; Martène et Durand, *Thesaurus novus anecdotorum*, t. III, col. 918.

(7) Bél. porte à tort : *composituris*.

(8) Martène et Durand, *Th. novus anecd.*, t. III, col. 917-918.

(9) « *Gaufridus, canonicus Dolensis ecclesiæ et decanus cujusdam partis parochiæ Dolensis, Guido de Meletia et Oliverius.* ». Martène et Durand, *Th. novus anecdotorum*, t. III, col. 917-918.

(10) Bal.: *corruptis aliis tribus canonicis.*

pit (1). Quod autem idem H[ugo] tres juvenes memoratos corruperit (2), uni scilicet archidiaconatum, alii prebendam conferens, tertio prebendam susceptam de manu laicali confirmans; quod cantor et socius ejus eidem H[ugoni], ne Turonis accederet, curaverint (3) districtius inhibere; quod iidem juvenes, salvo Dolensis ecclesie jure, juraverint (4); quod idem H[ugo] adulterinum sigillum habuerit: eadem pars per testes suos sufficienter asseruit fuisse probatum (5). Adjectum est etiam, quod littere, nomine Dolensis capituli super ipsius (6) H[ugonis] presentatione confecte, vere non essent, utpote in quibus nomen premittebatur decani, cum decanus nullum haberet in eadem ecclesia personatum, sed cantor primum locum potius obtineret. Idem etiam H[ugo], in professione quam fecit archiepiscopo Turonensi, se non episcopum sed archiepiscopum nominavit (7). Ceterum, cum idem H[ugo], propter predicta, non fuisset ab ecclesia Dolensi receptus, ad apostolicam sedem accedens, a bone memorie Adriano papa (8), predecessore nostro, ab obedientia fuit, quam Turonensi archiepiscopo in consecratione sua promiserat, absolutus; sed hoc non

(1) Le second dimanche de l'Avent, 5 décembre 1154. *Gallia christ.*, t. XIV, col. 88.

(2) Sic: 1268, MD., 1271, et Bal. —Bét.: *corrupit.*

(3) Sic: Bal. — Bét.: *curaverunt.* — 1268 et MD.: *curaverit.*

(4) Sic: MD. et Bal. — 1268 et Bét.: *jurarunt.*

(5) Cf. Martène et Durand, *Th. novus anecd.*, t. III, col. 920, notamment déposition de Guillaume de Dinan, chanoine de Dol. Cf. ibidem, col. 925-926.

(6) Sic: MD., 1271, Bét. et Bal. — 1268: *sub ipsius.*

(7) Cf. Martène et Durand, *Thes. nov. anecd.*, t. III, col. 916: « *Willelmus, decanus de Aibineio, presbyter, juratus dixit quod cum esset in schola Turonensi vidit Hugonem Rufum consecrari ab archiepiscopo Turonensi Engelbaudo, et vidit eum facere professionem, et cum faceret eam et diceret :* Ego archiepiscopus, *tandem ad instantiam canonicorum dixit :* Ego episcopus... »

La Bibl. nat., lat. 17025 (Gaignières), 2ᵉ partie, p. 13, possède le dessin d'un sceau sur lequel Hugues le Roux se qualifie archevêque (d'après un titre de Marmoutier scellé en cire jaune sur lacs de parchemin). La légende est : « ✝ *Sigillum Hugonis, Dolensis archiepiscopi* ».

(8) Adrien IV, pape, élu le 4 déc. 1154, consacré le 5, ✝ 1 sept. 1159.

potuit pars eadem per litteras authenticas demonstrare (1). Cui cum Dolensis ecclesia ab eodem Adriano papa usum pallii, tum ex tenore concordie quam inter se et Turonensem archiepiscopum factam fuisse confitebatur, tum ex antiqua consuetudine, postularet (2); nuncii vero Turonensis ecclesie, compositionem factam quondam per (3) abbatem de Fontanis, in qua Dolensem ecclesiam suffraganeis renunciasse dicebatur (4), peterent confirmari; addentes quod sic fuerat a predicto (5) Lucio papa, predecessore nostro, de fratrum consilio, per sententiam diffinitum; parte Dolensis ecclesie predictam compositionem et sententiam etiam (6) non tenere dicente, cum is qui in Dolensi ecclesia tunc presulatus gerebat officium, dolum adhibuisset et fraudem, utpote qui, cum jam ad Capuanam metropolim aspiraret, nichil ad commodum Dolensis ecclesie allegavit, cum et Dolensis ecclesia presens in examinatione negotii non fuisset, idem etiam Adrianus predictam compositionem omnino cassavit, et eam censuit vires non habere, eidem H[ugoni] pallii usum indulgens, ac E[ngebaldo], tunc archiepiscopo Turonensi (7), precipiens ut, aut cum eo super suffraganeis conveniret, aut usque ad festum sancti Michaelis proxime tunc venturum (8), plenam ei exhibiturus et recepturus justitiam, apostolico se conspectui presentaret; interim autem, ipsum vel clericos ejus excommunationis vel interdicti sententia non pre-

(1) Cf. Martène et Durand, *Th. novus anecd.*, t. III, col. 917 et suiv., notamment les dépositions de Guillaume, prêtre, chanoine de Dol et doyen, d'Henri, abbé de Saint-Jacut, de Guillaume de Dinan, chanoine, et de Dodoinus, chapelain de Dol.

(2) Cf. Bulle d'Alexandre III, du 12 juillet 1161 au doyen et au chapitre de Dol. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 10671.

(3) 1268, MD. et Bal. : *compositionem quamdam factam per.*

(4) 1268 et Bét. : *dicebatur.* — MD. et Bal. : *dicebant.*

(5) Bal. : *præfato.*

(6) Ce mot manque dans Bal.

(7) Engebaud de Preuilly, archevêque de Tours, 1147, † sept. 1156.

(8) 29 septembre 1155.

sumeret aggravare (1). Iterum etiam idem Adrianus ad festum Omnium Sanctorum (2) citavit partem ecclesie Turonensis (3), et eundem H[ugonem] frequenter in suis litteris archiepiscopum nominavit (4); quod ex scriptis authenticis pars eadem demonstravit. Insuper, bone memorie Alexander papa (5), predecessor noster, eumdem (6) Adrianum, predecessorem suum, postmodum imitatus, dictum H[ugonem] nominavit archiepiscopum (7); et te, non semel sed sepius, et tandem peremptorio (8), evocavit ut ad apostolicam sedem accederes (9), Rollando, tunc Dolensi electo, de suffraganeis responsurus (10). Asseruit (11) etiam idem Alexander in litteris suis, sicut ex ipsarum inspectione patebat, quod dictus Adrianus, predecessor ipsius, questionem illam, que vix (12) inter Turonensem et Do-

(1) Bulle d'Adrien IV à [Engebaud], archevêque de Tours, du 17 mai 1155. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 10063. Dans les textes imprimés la bulle est datée ainsi : « *Datum Sutrii, XII cal. julii* » ; le lieu où cette bulle fut donnée prouve qu'il faut lire : « *XII cal. junii* ».

(2) 1 novembre 1156.

(3) Bulle d'Adrien IV à [Engebaud], archevêque de Tours, du 20 décembre 1155. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 10102.

(4) Cf. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n°s 10064, 10065, 10103, 10362, 10367 et 10504.

(5) Alexandre III, pape, élu le 7 sept. 1159, couronné le 20, † 30 août 1181.

(6) Ce mot manque dans Bét.

(7) Bulle aux barons et au peuple de Dol du 3 mars 1160. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 10625.

(8) Sic : 1268, 1271 et Bal. — MD. : *tandem peremptorie*. — Bét. : *tandem postremo*.

(9) Sic : MD. et Bal. — 1268, 1271 et Bét. : *accedens*.

(10) Bulle d'Alexandre III à B[arthélemy], archevêque de Tours, de [1179], l'assignant pour le 4e dimanche de Carême (*Lætare Jerusalem*, 30 mars 1180, n. s.) ou au plus tard pour le second dimanche après Pâques (*Ego sum pastor bonus*, 4 mai 1180). Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 13503. — Autre du même au même de [mai 1180] le réassignant pour la fête de saint Martin (11 nov.). Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 13660. — Les excuses de Barthélemy malade se trouvent mentionnées dans les lettres 39 et 40 d'Étienne de Tournay publiées par le P. Cl. du Molinet (= Migne, *Patrol. lat.*, t. CCXI).

(11) Bét. porte : *Et asseruit*.

(12) Ce mot manque dans 1268, MD., 1271 et Bal.

lensem ecclesias per sententiam terminata fuerat, ceperat retractare; unde volens plenius super causa ipsa cognoscere veritatem, quum, utraque parte presente, a Rollando, tunc Dolensi electo (1), testes recepisset inductos, et depositiones eorum super quibusdam capitulis admisisset, G[uidoni] tunc Senonensi (2), H[enrico] Bajocensi (3), et [Stephano] abbati Sancte Genovefe (4), et [Guillelmo] decano Bajocensi (5), tam testes quos ipse receperat super aliis quibusdam capitulis (6) audiendos, quam alios ab alterutra partium inducendos, recipiendos et audiendos super possessione subjectionis, in qua te tu, frater archiepiscope, esse dicebas, vel libertatis in qua se idem tueri nitebatur electus, super capitulis certis (7) commisserit (8). Quem Lucius (9) etiam, successor ipsius, in hoc imitatus N[icolao] Cenomanensi decano (10), J. de Veteri Ponte archidiacono Rothomagensi, H[ugoni] Januensi preposito Sancte Marie de Castello (11), per suas litteras idem injunxit (12); qui, juxta mandatum apostolicum procedentes, receperunt testes super pre-

(1) Rolland III, évêque de Dol, de 1177 à 1187.

(2) Guy de Noyers (*de Nucariis*), archevêque de Sens, 1176, † 21 déc. 1193.

(3) Henri, évêque de Bayeux, élu en 1164, † 1205.

(4) Étienne, dit Étienne de Tournay (*Stephanus Tornacensis*), abbé de Sainte-Geneviève du Mont et plus tard évêque de Tournay, † sept. 1203. *Gal. christ.*, t. VII, 720 et suiv.; t. III, col. 215-216.

(5) Guillaume III de Tournebu, doyen de Bayeux; son successeur Etienne fut élu en 1182. *Gal. christ.*, t. XI, col. 398.

(6) Sic : 1268, MD., 1271 et Bét. — Bal. : *super quibusdam aliis capitulis*.

(7) Sic : 1268, MD., 1271 et Bal. — Bét. : *ceteris*.

(8) Bulle d'Alexandre III du 25 février 1181 aux commissaires désignés ci-dessus. Jaffé-Wattenbach, *Reg*, n° 14371. — La lettre 74 d'Étienne de Tournay fait allusion à cette mission. Cf. édition du P. Cl. du Molinet ou Migne, *Patrol. lat.*, t. CCXI.

(9) Luce III, pape, élu 1 sept. 1181, consacré le 6, † 25 oct. 1185.

(10) Nicolas, doyen de l'église du Mans de 1180 à 1214 (27 mai), puis évêque de ce diocèse, † en 1216. *Gallia christ.*, t. XIV, col. 423-425 et 393-394.

(11) 1268 et MD. : *de Castellis*. — Bal. : *de Castell*. — Bét. et bulle de Luce III citée ci-dessous : *de Castello*. — 1271 : *de Cancell*.

(12) Bulle de Luce III à ces commissaires, de Vérone le 18 août 1184 ou 1185. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 15234.

dictis (1) capitulis inductos a partibus, et eorum depositiones redigentes in scriptis, sub sigillis suis ad sedem apostolicam transmiserunt (2).

Ex his ergo concludens Dolensis ecclesia postulabat, ut, cum in libertatis semper possessione fuisset, dictum electum Johannem per dilectum filium nostrum Jordanem, tituli Sancte Pudentiane presbyterum cardinalem (3), tunc apostolice sedis legatum (4), auctoritate apostolica confirmatum, et consecrare (5) in archiepiscopum (6), et ei usum palii curaremus de solita sedis apostolice benignitate conferre (7).

[§ III.] — Ceterum ex parte Turonensis ecclesie fuit ad predicta responsum : quod, cum olim tota Britannia fuisset ecclesie Turonensi, tanquam metropoli sue, subjecta, Britannis tandem conspirantibus contra regem Francorum, et proprium sibi constituentibus regem (8), occasione beati Sansonis quondam Eboracensis archiepiscopi, qui, dum in partibus Britannie pateretur exilium, in Dolensi ecclesia cum archiepiscopalibus insignibus ministrarat (9), Dolensis ecclesia contra Turonensem supercilium elationis assumpsit ; Britannis volentibus sibi novum archiepiscopum, sicut novum regem creave-

(1) Bét. : *dictis*.

(2) C'est probablement un résumé de cette enquête qu'on trouve imprimé notamment dans Martène et Durand, *Th. novus anecd.*, t. III, col. 912-922. Cf. *ibidem*, col. 934-942.

(3) Bét. : *Jordanem, titulo Sancte Pudentiane presbytero cardinali.*

(4) *Jordanus. presbyt. card. tit. ss. Pudentianæ et Pastoris.* On le trouve avec ce titre depuis 1188 jusqu'en 1205. Jaffé-Wattenbach, *Regesta*, t. II, p. 536 et 577 ; Potthast, *Regesta*, t. I, p. 464.

(5) Sic : Bét. — 1268, MD. et Bal. : *confirmatum, consecrare.* — Morice : *confirmatum, consecraret.*

(6) 1268 : *episcopum.*

(7) La lettre sans date par laquelle l'église de Dol adresse au pape cette supplique est imprimée notamment dans Martène et Durand, *Thes. novus anecd.*, t. III, col. 922 et suiv.

(8) Ce mot manque dans Bét.

(9) Saint Samson aurait été archevêque d'Yorck, en 507 ; il aurait occupé le siège de Dol en 557 et serait mort vers 565 (*alias* 576)? — 1268 : *ministrabat.* — MD. et Bal. : *ministrarat.* — Bét. : *ministraret.*

rant, suscitare. Unde bone memorie Nicholaus papa, predecessor noster, Salomoni, tunc regi Britannie, scribens, quod omnes episcopi regni ejus suffraganei essent ecclesie Turonensis per litteras suas expressit, adjiciens tandem ut, si contentiosius (1) agere vellet, ad sedem apostolicam destinaret, ut que esset sedes metropolitica per ipsius judicium appareret (2). In aliis etiam litteris directis eidem, Turonensem ecclesiam metropolim esse Dolensis ecclesie, sicut ex predecessorum suorum munimentis et exemplis priorum patere dicebat, asseruit (3); et Festiniano, Dolensi antistiti, scribens, quod Turonensis ecclesia metropolis ejus esset se comperisse, sicut ex litteris ejus apparet (4), descripsit (5); necessarium esse adjiciens, ut eam Dolenses episcopi sequerentur, et ipsam in negotiis suis adirent, nec exquirere ipsius judicium detrectarent (6), sicut per munimenta predecessorum suorum et exempla priorum dicebat ostendi; addito ut (7) idem Festinianus se metropolitanum (8) nullatenus appellaret, quousque scripta Romanorum pontificum, que in acceptione pallii ejus antecessores acceperant, destinaret, cum in regestris Siricii (9) et Adriani (10) nullatenus invenisset, quod Bestovaldo et Junemeno (11), predecessoribus ejusdem F[estiniani], sicut scripserat, usum pallii

(1) Bal. : *contensiosus.*
(2) Bulle de Nicolas I à Salomon, vers 862. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 2708.
(3) Bulle de Nicolas I à Salomon [du 17 mai 866]. *Ibid.*, n° 2807.
(4) Bét. : *apparere.*
(5) Bal. : *rescripsit.*
(6) Bét. : *detractarent.*
(7) Bét. : *adjecto ut.*
(8) Bal. : *metropolitam.*
(9) Sic : 1268, MD., 1271 et Bét. — Bal. : *Siri.* — La bulle de Nicolas I citée ci-dessous appelle ce pape Severinus. — Il y eut un pape nommé Siricius (384-398) et un autre appelé Severinus (638?-640).
(10) Adrien I, pape, élu le 1 fév. 772, consacré le 9, † 25 déc. 795.
(11) Sic : 1268, MD., 1271 et Bal. — Bét. : *Festonaldo et Juveniensi.* — Morice : *Restovaldo et Juncmeno.* — La bulle de Nicolas I les appelle : *Restoaldus et Juthinaleus.* — Ces deux évêques de Dol ne sont connus que par la bulle de Nicolas I. Cf. *Gallia christ.*, t. XIV, col. 1041-1042.

concessissent (1). Preterea Johannes papa, predecessor noster, episcopis Britannie interdixit, ne juri ecclesie Turonensis resisterent super omnibus, que Turonensis archiepiscopus ad suam pertinere metropolim asserebat, donec utraque partium ad apostolicam sedem accederet ut ibidem causa eadem finiretur; adjiciens quod si aliter agerent, se scirent excommunicationis sententie subjacere, et ab omni beneficio ecclesiastico esse suspensos (2). Quem pie recordationis Leo papa (3), successor ipsius, postmodum imitatus se (4) in scriptis veterum reperisse asseruit (5) omnes episcopos Britannie Turonensi archiepiscopo subjacere; adjiciens quod, cum ad eum in Remensi concilio (6) super hoc questio delata fuisset, statuerat ut Dolensis pseudoarchiepiscopus cum suis subjectis Romano (7) concilio (8) interesset non solum super hoc, sed de symonia etiam, responsurus; quod quia implere contempsit, eum et omnes episcopos qui ei adheserant excommunicationis sententia innodavit, sic scilicet ut nec peragerent divinum officium, nec audirent, nec etiam benedicere attemptarent (9). Tandem vero,

(1) Bulle de Nicolas I à Festinianus du 17 mai 866. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 2806.

(2) Bulle de Jean VIII à Mainus ou Mahenus II, évêque de Dol, et aux évêques de Bretagne [de mai 878]. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 3144.

(3) Léon IX, pape, élu en déc. 1048, consacré le 12 févr. 1049, † 19 avril 1054.

(4) Les deux mots *imitatus se* manquent dans 1271.

(5) Bét. : *reperisse et asseruit.*

(6) Le concile de Reims eut lieu du 3 au 5 oct. 1049. Cf. Jaffé-Wattenbach, *Regesta*, t. I, p. 532 et Mansi, *Sacr. concil. nova et amplissima collectio*, t. XIX, col. 729.

(7) 1268 et MD. portent *Remensi*, ce qui n'a pas de sens. — La bulle du pape Léon IX citée ci-dessous, 1271, Bét. et Bal. donnent au contraire : *Romano.*

(8) Le concile de Rome en question est celui du 29 avril 1050. Cf. Jaffé-Wattenbach, *Regesta*, t. I, p. 536 et Mansi, *Sacr. conciliorum nova et ampl collectio*, t. XIX, col. 759.

(9) Bulle de Léon IX à Eudes, prince des Bretons, au comte Analus et aux autres seigneurs de Bretagne [de mai 1050], rapportant tous les faits relatés ci-dessus, excommuniant les évêques de Bretagne qui ne sont pas venus au concile de Rome et les convoquant pour présenter leurs excuses au concile

cum utraque partium super hoc coram felicis recordationis Gregorio VII° papa, predecessore nostro, diutius litigasset, idem Gregorius, post longam discutionem in Romana sinodo (1), utraque parte presente, et causa non sine multo labore discussa, contra Dolensem ecclesiam sententiam (2) promulgavit, ut, nisi forte Britanni a subjectione ejusdem ecclesie se possent authentica sedis apostolice auctoritate (3) tueri, Turonensem ecclesiam matrem suam et metropolim recognoscerent, et eam quam decet metropolitanum subjectionem et obedientiam Turonensi archiepiscopo exhiberent; usu pallii tunc Dolensi episcopo (4) reservato, sic tamen ut nullus successorum (5) ejus ad dignitatem hujusmodi aspiraret, sed tam ipsi quam ceteri episcopi Britannie sub Turonensis archiepiscopi magisterio perpetuo permanerent (6). Ad quod melius cognoscendum, idem Gregorius legatos sedis apostolice in provinciam destinavit, qui congregato concilio Xanctonis (7), auditis propositis, cum Dolensis ecclesia nullum ad sue deffensionis presidium apostolice sedis privilegium induxisset, sed quasdam literas potius sub nomine Adriani pape confectas (8), quas P., clericus Dolensis antistitis,

de Verceil qu'il tiendra le 1 sept. prochain. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 4225. — Sur ce dernier concile, où il ne parait pas que les évêques assi, gnés se soient rendus, cf. Jaffé-Wattenbach, *Regesta*, t. I, p. 538 et Mansi, *Sacr. conc. nova et ampl. collectio*, t. XIX, col. 774.

(1) Ce concile de Rome est du 7 mars 1080. Cf. Jaffé-Wattenbach, *Reg.* t. I, p. 634 et Mansi, *Sacr. conciliorum n. et a. collectio*, t. XX, col. 531

(2) Ce mot manque dans 1268.

(3) Le mot *auctoritate* manque dans 1271.

(4) Bal.: *Dolensi electo.*

(5) Bal.: *nullus successor.*

(6) Bulle de Grégoire IX aux évêques de Bretagne, au clergé et au peuple de la province de Tours du 8 mars 1080. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 5155.

(7) Sic: 1268, MD., 1271 et Bal. — Bét. a lu: *concilio examinationis.* — Le concile de Saintes est de janv. 1081, n. s. Cf. Mansi, *Sacrorum conciliorum nova et ampliss. collectio*, t. XX, col. 571. Les légats du pape étaient Amat, évêque d'Oléron, président du concile, et Hugues, évêque de Die.

(8) Il s'agit de la bulle fausse ou du moins interpolée d'Adrien II à Salomon, roi des Bretons (entre 867 et 872), dont nous avons parlé ci-dessus p. 142, note 3. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 2950.

ipso audiente et tacente, in regestro Romane ecclesie se mentitus fuerat reperisse (1) et quas idem antistes falsatas esse in versiculo, in quo de datione pallii fiebat mentio, recognovit, quod Gregorius sub conditione statuerat, pure curaverunt et simpliciter diffinire ; scilicet ut, tam idem (2) Dolensis quam ceteri episcopi Britannie, perpetuam deinceps subjectionem et obedientiam exhiberent archiepiscopo Turonensi, quod predictus Dolensis, in manu (3) dicti Gregorii pape, post datum judicium, promiserat se facturum. Quamvis autem predictorum Johannis, Leonis, Gregorii et legatorum ejus pars eadem authentica non haberet, ea tamen authentica esse per bone memorie Urbani II authenticum demonstravit (4). Cumque postmodum R[ollandus], Dolensis episcopus, memorati Urbani pape se conspectui presentasset (5), juramento firmavit quod predictus Gregorius predecessori ejus, salva querimonia (6) Turonensis ecclesie(7), pallii usum concesserat, sic tamen ut, si etiam Dolensis ecclesia in causa succumberet, usum pallii nichilominus retineret; quod per quasdam litteras ejusdem Gregorii ostendere nitebatur; propter quod Urbanus ei pallii usum indulsit(8). Ceterum, cum R[odulphus],

(1) Sic : Bét. et Bal. — 1271 : *ecclesie se meminerit repperisse.* — MD. indique une lacune entre les mots *ecclesiæ* et *se mentitus*. — 1268 porte : *in regestro Romanæ ecclesiæ....... reperisse.*

(2) Ce mot se trouve dans 1268, MD., 1271 et Bal. — Il manque dans Bét

(3) Sic : MD. et Bal. — 1271 et Bét. : *in manus.* — 1268 indique une lacune en cet endroit.

(4) Bulle d'Urbain II à Raoul, archevêque de Tours, du 5 avril 1094. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 5519. — Cette bulle forme le n° XVIII des deux cartulaires de Rome et de Londres ; une copie collationnée en 1613 d'après l'original scellé en plomb sur lacs de soie jaune et blanche se trouve dans le ms. lat. 1268 des nouv. acq. de la Bibl. nat., fol. 1.

(5) En 1093, d'après la bulle du 5 avril 1094 citée ci-dessus.

(6) Sic : Bét. et 1271 — 1268 : *Gregorius predecessor noster a querimonia.* — MD. : *Gregorius prædecessor ejus salva querimonia.* — Bal. : *Gregorius, præd. ejus, salva querimonia.*

(7) Bal. : *Turonensis ecclesia.*

(8) Bulle d'Urbain II aux évêques de Bretagne [de 1093]. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 5475.

Turonensis archiepiscopus (1), ad ejus presentiam accessisset (2), et quod per eundem Gregorium et legatos ejus diffinitum fuerat demonstrasset, idem Urbanus, de consensu partium, certum terminum partibus (3) assignavit; ad quem, si qua partium non veniret, cause sue periculum sustineret. Unde, Turonensi ad terminum veniente, Dolensi vero per nuntium suum excusationes solummodo pretendente minus legitimas, causa cognita, de consilio fratrum suorum, sancivit ut, tam Dolensis quam ceteri episcopi Britannie, Turonensem ecclesiam suam metropolim recognoscerent, et debitam ei reverentiam exhiberent, nec ullo ulterius tempore, post Rollandi obitum, ad usum pallii Dolensis episcopus aspiraret; sicut in ejus authentico perspeximus contineri (4). Idem etiam Urbanus, episcopis Britannie suam sententiam denuncians, precepit ut Turonensi, sicut archiepiscopo suo, imposterum obedirent (5). Cum autem postmodum, empore bone memorie Lucii pape secundi, causa eadem fuisset ad apostolice sedis audientiam, procurante Dolensi ecclesia, revocata, ipse, utraque parte presente, latam ab eodem Urbano sententiam per sententiam (6) confirmavit, et Turonensem ecclesiam super Dolensem (7) et aliorum episcoporum Britannie obedientia per (8) baculum (9)

(1) Raoul II, archevêque de Tours, élu avant le 16 sept. 1087, † en 1118.

(2) C'est à Bénévent que Raoul vint trouver le pape, d'après la bulle du 5 avril 1094.

(3) A la mi-carême 1094, d'après la bulle du 5 avril.

(4) Bulle à Raoul du 5 avril 1094 citée p. 155, note 4.

(5) Bulle d'Urbain II aux évêques de Bretagne du 11 avril 1094. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 5520. — Il existe une lettre de G[uillaume], évêque de Poitiers, publiée notamment par Martène et Durand, *Thes. novus anecd.*, t. III, col. 882, d'après laquelle Urbain II aurait confirmé la suprématie de Tours au concile tenu à Clermont du 18 au 28 nov. 1095. Jaffé-Wattenbach, *Regesta*, t. I, p. 681 et Mansi, *Sacr. conc. nova et amplissa coll*, . XX, col. 815-920.

(6) Ces deux mots manquent dans Bal.

(7) Bét. : *Dolensem.* — MD. et Bal. : *Dolensis.* — 1268 et 1271 : *Dolen.*

(8) Le mot *per* manque dans 1268.

(9) Ce bâton en bois était encore au XVIII<sup></sup>e siècle conservé dans les archives de l'église de Tours; il était long d'un pied trois pouces. Martène et

investivit, precipiens ut, tam Dolensis quam ceteri episcopi Britannie, Turonensi ecclesie tanquam proprie metropoli subjacerent, et ei debitam obedientiam et reverentiam exhibere curarent; hac tamen moderatione adhibita, ut G[auffridus], tunc Dolensis episcopus, retineret usum pallii quoad viveret, et Romano tantum pontifici subjaceret; sed post ipsum nullus Dolensis episcopus ad usum pallii aspiraret; sicut in ostenso nobis ipsius authentico (1) continetur (2). Qui etiam Briocensem et Trecorensem (3) episcopos ab obedientia Dolensis absolvit, et ut Turonensi archiepiscopo reverentiam et obedientiam exhiberent injunxit; adjiciens quod, si mandati essent apostolici contemptores, sententiam, quam Turonensis proferret (4) in eos, ratam haberet et faceret inviolabiliter observari (5); mandans etiam comiti (6) et baronibus Britannie ut sententie nullatenus obviarent, sed eam paterentur executioni mandari, alioquin ratam haberet sententiam, quam Turonensis archiepiscopis un contradictorem quemlibet promulgaret (7). Hanc autem ejusdem Lucii sententiam Eugenius et Anastasius, successores ipsius, auctoritate apostolica confirmarunt (8) et idem Eugenius

Durand, *Thesaurus novus anecd.*, t. III, col, 889-890, note. Il est dessiné dans Morice, *Mémoires pour servir de preuves à l'histoire de Bretagne*, t. I, planche 5, n° XXXXVIII.

(1) Bal. : *authentico privilegio.*

(2) Bulle de Luce II à Hugues, archevêque de Tours et à ses successeurs du 15 mai 1144 déjà citée p. 145, note 6.

(3) 1268 et 1271 : *Briocen. et Trecoren.* — Bal. : *Briocen. et Trecor.* — MD. et Bét. : *Briocenses et Trecorenses.*

(4) Sic : 1268, MD, 1271 et Bal. — Bét. : *perferret.*

(5) Bulle de Luce II aux évêques de Saint-Brieuc et de Tréguier du 15 mai 1144 déjà citée p. 145, note 6.

(6) Sic : 1268, Bal. et Bét. — MD : *observari, scribens Gau. comiti.* — 1271 : *observari mandatis etiam comiti*

(7) Bulle de Luce II à Geoffroy, comte de Bretagne, à Henri, son frère, et aux barons des diocèses de Dol, Saint-Brieuc et Tréguier du 18 mai 1144, également citée p. 145, note 6.

(8) Bulle d'Eugène III à Hugues [de la Ferté], archevêque de Tours, et à ses successeurs du 3 janvier 1147, n. s. et d'Anastase IV à Engebaud [de Preuilly], archevêque de Tours, et à ses successeurs du 3 mars 1154, n. s.

ratam habuit excommunicationis sententiam quam in Dolenses et Briocenses clericos E[ngebaldus], tunc Turonensis archiepiscopus, propter eorum inobedientiam promulgarat (1). Tandem vero, Dolensis ecclesia sententie parere coacta, H[ugonem], tunc electum suum consecrandum, per decem Dolenses canonicos et clericos, cum decreto capituli subscriptiones (2) canonicorum omnium continente, absolutione recepta ab [Engebaldo], archiepiscopo Turonensi, eidem archiepiscopo presentavit, et ei professionem fecit, sicut alii suffraganei archiepiscopo suo facere consueverunt; ac rediens, a clero et populo Dolensi fuit cum processione receptus, et licet idem H[ugo] postmodum, sicut ab adversa parte opponitur(3), pallium et absolutionem obedientie quam in consecratione sua exhibuerat ecclesie Turonensi, tacita de latis sententiis veritate, et falsitate suggesta, scilicet quod ille, qui tunc in Dolensi ecclesia presulatus gerebat officium, fraudem adhibuerat, nec sufficienter partem ecclesie Dolensis deffenderat, a sede apostolica impetrasset, rediens tamen eidem archiepiscopo debitam obedientiam exhibere curavit, et se teneri recognovit eidem; ad concilium ejus vocatus accessit (4); et tam ei, quam J[oscio] (5)

Jaffé-Waitenbach, *Reg.*, n° 8991 et 9841; cartulaires de Rome et de Londres, n° XX et n° XIX, et Bibl. nat., lat nouv. acq. 1268, fol. 9 et 13, copies collationnées en 1613 sur les originaux scellés en plomb, le premier sur lacs de soie rouge, le second sur lacs de soie jaune.

(1) Bulle d'Eugène III à [Engebaud de Preuilly], archevêque de Tours, et au chapitre, du 14 juin 1149. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 9343 et cartulaires de Rome et de Londres, n° XVII). — D'après cette bulle, c'est au concile de Reims tenu le 21 mars 1148 qu'Eugène III confirma l'excommunication lancée par Engebaud. Cf. Jaffe-Wattenbach, *Regesta*, t. II, p. 52 et Mansi, *Sacrorum conciliorum nova et ampl. collectio*, t. XXI, col. 713 et 718.

(2) Bét. : *subscriptionem.*

(3) Bal. : *proponitur.*

(4) Au concile de Bourgueil tenu en août ou sept. 1155, concile sur lequel on ne sait rien. Cf. déposition de Bricius, abbé de Saint-Georges, dans Martène et Duraud, *Thes. nov. anecd.*, t. III, col. 912.

(5) Sic: 1268, MD., 1271 et Bal. — Bét. porte: *Johanni* — Il ne peut s'agir que de Josce, successeur immédiat d'Engebaud de Preuilly, transféré du siège de Saint-Brieuc à celui de Tours en 1157, † en 1173 ou 1174.

ejusdem archiepiscopi successori, obedientiam, sicut suo metropolitano, reverenter impendit; sicut per testes fuerat legitime comprobatum. Qui cum tandem, quia transgressus fuerat proprium juramentum, ab eodem J[oscio] (1) excommunicationis fuisset vinculo innodatus, tandem (2) cecitate percussus, penitens et de perjurio sponte confessus, absolutionis ab eo beneficio impetrato, anulum ei etiam resignavit (3); quod totum per testes fuerat comprobatum (4). Idem quoque Adrianus, in litteris quas pars adversa super pallio eidem H[ugoni] concesso inducit (5), inter cetera protestatur, quod, quia super controversia proposita plenam non potuerat cognitionem habere (6), cum altera pars in negatione consisteret, et se non habere mandatum penitus affirmaret, nichil ab eo fuerat super eodem negotio terminatum (7). Felicis etiam recordationis Alexander papa, predecessor noster, de sententia Lucii, confirmatione Eugenii et Anastasii, concordia Hugonis et pallio ipsi H[ugoni] ab Adriano papa concesso, habita mentione, Turonen-

(1) Sic: 1268, MD., 1271 et Bal. — Bét. porte : *Johanne*. Cf. la note précédente.

(2) Ce mot manque dans Bét.

(3) Cf. Robert de Thorigny, abbé du Mont-Saint-Michel, *Continuation de Sigebert de Gembloux*, à l'année 1161 : « *In capite jejunii, apud Cenomannos, Hugo, archiepiscopus Dolensis, cecitate debilitatus, presentibus Henrico, rege Anglorum, et duobus legatis Romane ecclesie, Henrico de Pisis et Guillermo de Papia, reddidit archiepiscopatum quem fere per sex annos tenuerat, et in cujus reparatione plurimum laboraverat.* » Pertz, *Monumenta German. hist., Scriptorum, t. VI*, p. 511.

(4) Cf. notamment la déposition suivante (Martène et Durand, *Th. novus anecd.*, t. III, col. 915) : « *Salomon, presbyter, dixit quod vidit Hugonem Dolensem redeuntem a Roma venire ad Joscium Turonensem et conquerebatur quod visum amiserit in via propter offensam quam fecerat ecclesiæ Turonensi; et recognoscens se excommunicatum petebat absolvi ab eo, et absolutus dedit ei anulum.* »

(5) 1268, MD., 1271 et Bal. : *inducit*. — Bét. : *induxit*.

(6) Sic : MD., 1271, Bal. et Bét. — 1268 : *potuit recognitionem facere*.

(7) Cf. Bulle d'Adrien IV à l'archevêque de Tours du 17 mai 1155 (Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 10063) où l'on lit : « *Sane, juxta postulationem ejusdem [Dolensis] ecclesiæ, memorato fratri nostro [Hugoni] pallium, insigne videlicet pontificalis officii, duximus indulgendum.* »

si (1) ecclesie in Dolensem jus metropoliticum reservavit; mandans Dolensi capitulo ut, si forsan in personam idoneam convenisset, eam Turonensi archiepiscopo confirmandam et consecrandam, si electionem inveniret factam canonice, presentaret, et consecratus ei debitam obedientiam et reverentiam, secundum ecclesie consuetudinem, exhiberet; adjiciens quod si per legatos sedis apostolice eorum esset electio confirmata, et electus etiam consecratus, nichilominus ad eundem archiepiscopum vocatus accederet et ei obedientiam exhiberet; quod si forsan ab eo vocatus ad presentiam ejus infra tres menses accedere non curaret, ex tunc idem Alexander ipsum ab administratione temporalium et executione officii, quod post electionem susceperat, suspendebat; sicut per ejus authentica patuit manifeste (2). Nec nocuit, nec nocere potuit ecclesie Turonensi, quod idem Alexander forte in favorem electi Dolensis citavit partes, testes recepit et aliis recipiendos commisit (3), cum non in prejudicium alterutrius partium id intelligatur egisse, presertim cum tibi etiam ad Turonensem metropolim evocato Dolensis dioeesis in pulsatione campanarum et causarum delatione detulerit, et abbas Sancti Jacuti, qui est de Dolensi diocesi, ad concilium tuum vocatus accesserit et tibi etiam obedientiam curaverit exhibere (4).

[§ IV.] — Nos ergo diligenter auditis que fuerant hinc inde proposita, et rationibus et allegationibus partium cum instrumentis et attestationibus sufficienter inspectis, de fratrum nostrorum, et tam archiepiscoporum quam episcoporum existentium apud apostolicam

(1) MD. et Bal. : *Turonensi.* — Dét. : *Turonensis.* — 1271 : *Turonen.* — 1268 présente une lacune.

(2) Bulle d'Alexandre III au doyen et au chapitre de Dol du 12 juillet 1161. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 10671.

(3) Bulles d'Alexandre III déjà citées ci dessus p. 1?9, note 10 et p. 150, note 8. Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n°s 13503, 13660 et 14371.

(4) Cf. déposition sous serment du doyen de Tours, Hugues II. Martène et Durand, *Th. nov. anecd.*, t. III, col. 912.

sedem consilio, petitionem Dolensis ecclesie interlocuti sumus non esse aliquatenus admittendam, cum pobatum non esset Dolensem ecclesiam in libertatis possessione, sed Turonensem potius in subjectionis ipsius possessione manere. Ad abundanciorem autem cautelam, ab eodem electo coram fratribus nostris quesivimus si Dolensis ecclesia jam probasset, vel adhuc posset probare, dolum quem prefatus G[auffridus], Dolensis archiepiscopus, dictus est commisisse, per quem pars ipsius Dolensis ecclesie remansisse proposita fuerat indefensa; qui respondit quod dolus ille nec probatus fuerat, nec poterat comprobari, cum sepedictus G[auffridus] et qui cum eo venerant in Apuliam transeuntes nunquam postmodum remearint (1), et quamvis causa, non super proprietate super qua sepe fuerat sententialiter diffinitum, sed super possessione tantum subjectionis et libertatis, commissa (2) sub certa forma fuisset, ad omnem tamen occasionem tollendam, liberam ei concessimus facultatem, ut ex hiis que acta fuerant adhuc summatim super proprietate proponeret, si quid posset rationabiliter allegare. Audientia ergo sibi propter hoc publica in consistorio bis indulta, quia preter premissa nichil ad commodum partis sue potuit allegare, cum quidem (3) prenosceret quod deberet in causa succumbere (4), electioni renuntiare voluit in manibus nostris, et a commissa sibi et sociis suis a Dolensi capitulo super eadem causa procuratione cessare. Nos autem nolentes malitiis hominum indulgere nec renunciationem recepimus, nec passi fuimus (5) ut a commisso, sibi et sociis suis, a Dolensi ecclesia super eadem causa procuratoris officio resiliret. Ipso igitur

(1) 1268 : *nunquam postmodum remearunt.* — MD. : *nusquam postmodum remearint.* — Bét : *nunquam postmodum remearunt.* — Mn. : *nunquam postmodum remeaverint.* — 1271 : *nunquam postmodum remeantur.* — Bal. : *nunquam postea remearint.*

(2) 1268, MD., 1271 et Bal. : *commissa.* — Bét. et Mn. : *commisse.*

(3) Sic : Bét. — 1268, MD., Mn. et Bal. : *cum quasi.*

(4) MD. seul : *in causa sua succumbere.*

(5) 1268, MD., 1271 et Bal. : *passi fuimus.* — Bét. et Mn. : *passi sumus.*

nichil quod ad causam suam faceret postmodum proponente, cum ipsum negocium diu quidem, cum multa diligentia, nos et fratres nostri sufficientissime discusserimus, premissis et aliis multis rationibus per idoneos advocatos ab utraque parte prudenter inductis, quas propter prolixitatem superfluam in hac pagina pretermisimus annotare, de communi fratrum nostrorum consilio, auctoritate Dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et nostra, utraque parte presente, predictas predecessorum nostrorum sententias confirmantes, decernimus (1), statuimus (2) et sancimus ut Dolensis ecclesia perpetuis semper temporibus suffraganea plene subjaceat ecclesie Turonensi et debitam ei, sue vere (3) metropoli, reverentiam et obedientiam, cum aliis suffraganeis ecclesie Turonensis, impendat, nec unquam Dolensis episcopus (4) ad pallii usum aspiret. Et ne causa tociens diffinita de cetero valeat in contentionis scrupulum refricari (5), si qua post hec (6) instrumenta vel argumenta pro parte Dolensis ecclesie possent quomodolibet inveniri, nos auctoritate apostolica nichil ea penitus valitura cessemus. Nulli ergo omnino hominum (7) liceat hanc paginam nostre diffinitionis et constitutionis (8) infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem (9) hoc attemptare presumpserit in-

(1) Sic : 1268, MD., 1271, Bal. et Mn. — Bét. : *decrevimus*.

(2) Ce mot manque dans 1268.

(3) Sic : Bal., Bét., 1271 et Mn. — *Vere* manque dans MD. — Lacune dans 1268.

(4) 1271 : *Dolensis ecclesia*.

(5) Sic : 1271, Bal., Bét. et Mn. — MD. : *in contentionem refricari* — 1268 : *in contentionem..... refricari*.

(6) Bal. : *posthac*.

(7) Bal. termine ainsi : *Nulli ergo, etc., diffinitionis, etc.*, puis la date. — Les deux mots : *ommino hominum* manquent dans MD. ; ils se trouvent dans Bét. et Mn. — 1268 présente une lacune à cet endroit. — 1271 porte : *censemus, inhibentes ne cui omnino hominum*.

(8) Sic : Mn., 1271 et Bét. — Bal. (cf. note précédente) porte également : *diffinitionis*. — MD. : *constitutionis et confirmationis*. — 1268 : ..... *et confirmationis*.

(9) Bét. et Mn. s'arrêtent ici et ajoutent seulement la date. — Nous donnons la suite d'après 1268 et MD.

dignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum (1).

| Scs. Petrus | Scs. Paulus |
| --- | --- |
| Inno pp. | centius III |

(*Monogramme* :) Bene valete.

(*Légende circulaire* : ) Fac mecum, Domine, signum in bonum.

Ego Innocentius, catholice ecclesie episcopus, SS. Ego Octavianus, Hostiensis et Velletrensis episcopus, SS. † Ego Petrus, Portuensis et Sancte Rufine episcopus, SS. † Ego Johannes, Albanensis episcopus, SS.

† Ego Pand[ulphus] (2), basilice XII Apostolorum presbyter cardinalis, SS. † Ego Petrus, tituli (3)† Sanct Cecilie presbyter cardinalis, SS. † Ego Jordanus, Sancte Pudentiane tituli Pastoris presbyter cardinalis, SS. † Ego Guido, Sancte Marie trans Tiberim tituli Calixti presbyter cardinalis, SS. † Ego Hugo, presbyter cardinalis Sancti Martini tituli Equitii, SS.(4) † Ego Johannes, tituli Sancti Stephani in Celio Monte presbyter cardinalis, SS. † Ego Cencius(5), tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, SS. † Ego Bernardus, Sancti Petri ad Vincula presbyter cardinalis tituli Eudoxie, SS. † Ego Johannes, tituli Sancte Prisce presbyter cardinalis, SS. † Ego Gerardus, tituli Sancti Marcelli presbyter cardinalis, SS.

† Ego Gerardus, Sancti Adriani diaconus cardinalis,

(1) 1271 s'arrête ici et ajoute la date.
(2) Cf. Pothast, *Regesta, pont. Rom.*, t. I, p. 463.
(3) Ici et ailleurs MD. donne *titulo* et 1268 *tt.*
(4) 1268 place Hugues avant Guy.
(5) 1268 : *Centius.* Le nom de ce cardinal est quelquefois écrit : *Cinthius.* Cf. Potthast, *Regesta*, t. I, p. 463.

SS. † Ego Gregorius Sancte Marie in Aquiro(1) diaconus cardinalis, SS. † Ego Gregorius, Sancti Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis, SS. † Ego Nicolaus, Sancte Marie in Cosmidyn diaconus cardinalis, SS. † Ego Gregorius, Sancti Angeli diaconus cardinalis, SS. † Ego Bobo, Sancti Theodori diaconus cardinalis, SS. † Ego Cencius, Sancte Lucie in Orthea diaconus cardinalis, SS. † Ego Hugo, Sancti Eustachii diaconus cardinalis, SS.

Datum Laterani, per manum Rainaldi domini pape notarii cancellarii vicem agentis, kalendis junii, indictione IIa, Incarnationis dominice anno M°C°XC°VIIII°(3),

(1) Les mots : *in Aquiro* manquent dans MD., qui les a remplacés par des points. Ils se trouvent dans 1268. Cf. Potthast, *Regesta*, t. I, p. 466.

(2) Sic : 1268, MD., 1271 et Bal. — Bétencourt et les deux cartulaires de Rome et de Londres donnent la date de 1198. — C'est la première date qui doit être admise, elle correspond en effet à la deuxième année du pontificat d'Innocent III et à la deuxième indiction ; du reste les bulles du 1er juin 1198 sont toutes données à Saint-Pierre et non à Latran (Cf. Potthast, *Regesta*, nos 244, 246, 247 et 251) — Maan qui, nous l'avons dit, paraît s'être servi du *Liber albus* pour son édition, donne également la date de 1198, mais il attribue la pièce à 1199 dans l'analyse dont il la fait précéder.

(3) D'après le ms. lat. nouv. acq. 1268, l'original était scellé en plomb sur lacs de soie rouge et jaune.

A cette pièce se rattachent les suivantes :

1° Lettre du pape à [Philippe], roi de France, pour qu'il fasse observer la sentence, 31 mai 1199. Potthast, *Reg.*, n° 721.

2° Autre au clergé et au peuple de Dol pour lui notifier la sentence, 31 mai 1199. Potthast, *Reg.*, n° 722.

3° Autre sur le même sujet au chapitre de Dol pour lui ordonner de présenter son élu à l'archevêque de Tours, 31 mai 1199. Potthast, *Reg.*, n° 723.

4° Autre à [Gautier], archevêque de Rouen, et à ses suffragants pour qu'il fasse observer la sentence, 31 mai 1199. Potthast, *Reg.*, n° 724.

5° Autre à l'archevêque de Tours et au chapitre pour leur notifier la sentence, 2 juin 1199. Potthast, *Reg.*, n° 727. Une copie de cette bulle collationnée en 1613 sur l'original scellé en plomb sur lacs de soie rouge et jaune se trouve dans le ms. lat. nouv. acq. 1268 de la Bibl. nat., fol. 36.

6° Autre à la comtesse de Bretagne, à A[rthur], son fils, et aux barons de Bretagne sur le même sujet, 2 juin 1199. Potthast, *Reg.*, 728.

7° Consentement à ladite sentence donné par Robert, chantre de l'église de Paris, et Robert *de Aspigneio*, au nom d'Arthur, duc de Bretagne, 17 déc. 1201. Cette pièce est imprimée notamment dans : Martène et Durand, *Th. nov. anecd.*, t. III, col. 955 et Morice, *Mém. pour servir de preuves à l'hist de Bretagne*, t. I, col. 794.

Plus tard, les papes atténuèrent cette sentence en faveur des évêques

pontificatus vero domini Innocentii pape tertii anno secundo.

## LV

*Compositio inter dominum Turonensem et episcopum Andegavensem, ratione cujus debet rector ecclesie de Ulmis, Andegavensis diocesis, X libras annuatim domino Turonensi.*

(27 JUIN 1267)

Universis etc., Nicholaus, miseratione divina Andegavensis ecclesie minister indignus, salutem in Domino.

Noveritis quod, cum contentio seu controversia mota fuisset inter reverendum patrem Vincentium, Dei gratia archiepiscopum, venerabiles viros decanum et capitulum Turonenses ex una parte, et nos Nicholaum episcopum, decanum et capitulum Andegavenses ex altera, super eo videlicet quod iidem archiepiscopus, decanus et capitulum Turonenses dicebant electum Andegavensem teneri providere in expensis archiepiscopo Turonensi supradicto eundo Andegavis ad ejusdem electi consecrationem, et exinde redeundo, tam de jure communi, cum

de Dol. Nous avons cité ci-dessus (pièce LII, page 131, note 3) une bulle de Boniface VIII donnée à Anagni le 20 juin 1299 en faveur de Thibaut de Pouancé, évêque de Dol. On lit aussi dans une bulle d'Alexandre VI (Rome, Saint-Pierre, 9 avril 1493) adressée à Thomas James, évêque de Dol : « ... *Thomæ et successoribus suis... dum eos per quævis loca, etiam exempta, civitatis et diocesis Dolensis transitum facere sive discurrere, aut ad illa declinare contigerit, crucem ante se, dummodo pro tempore existens archiepiscopus Turonensis, loci metropolitanus, aut aliquis apostolicæ sedis legatus de latere, presens non existat, deferri, et in eorum insignibus et armis pingi et sculpiri facere ac pictam et sculptam tenere, et habere, ac sigillo cum cruce hujusmodi uti, ad instar antiquorum, libere et licite valeant, absque tamen dicti archiepiscopi prejudicio... concedimus et indulgemus...* » (Bibl. nat., lat. 5211, C, p. 78 et lat. 17025, 2e partie, f. 51, acte tiré des anciens registres et titres de Dol.)

non teneatur propriis stipendiis militare, tam ex eo quod dictus archiepiscopus, vel antecessores sui, erant in possessione provisionis predicte sibi facte ab antecessoribus nostris episcopis Andegavensibus, ut dicebant archiepiscopus, decanus et capitulum antedicti;

Nobis episcopo, nec non decano et capitulo Andegavensibus contrario dicentibus et asserentibus, predecessores prefati archiepiscopi nichil ratione predicte provisionis habuisse vel recepisse, ymo eosdem predecessores ad consecrationem electorum in Andegavenses episcopos venire Andegavis, et exinde redire, expensis eorumdem propriis consuevisse;

Tandem, de bonorum consilio inter prefatos archiepiscopum, decanum et capitulum Turonenses ex una parte, et nos episcopum, decanum et capitulum Andegavenses ex altera, interveniente ad hoc Mattei presbiteri, rectoris ecclesie de Ulmis, Andegavensis diocesis (1), cum auctoritate decani et capituli nostri et expresso consensu, super premissis compositum seu ordinatum extitit in hunc modum, videlicet quod nos episcopus predictus ecclesie predicte de Ulmis et rectoribus ejusdem quittavimus, dimittimus et in ipsos transferimus decimam nostram quam habebamus in parrochia de Ulmis, predicte diocesis, quam redemimus, ejusdem rectoris interveniente consensu, ex Stephano (2), filio Tyronis militis, nec non et omne jus, dominium, proprietatem et possessionem, quam habebamus in ipsa, predicte ecclesie de Ulmis et ejus rectoribus imperpetuum remanenda et ab ipsis rectoribus integre percipienda et plenarie possidenda, ita tamen quod dictus rector et sui successores singulis annis supradicto archiepiscopo et ejus successoribus, futuris archiepiscopis Turonensibus, decem libras in Turonensi moneta, videlicet C solidos in Nativitate sancti

(1) Ce nom doit être ajouté à la liste des curés des Ulmes donnée par M. Port, *Dict. de Maine-et-Loire*, t. III, p. 648.

(2) Bét. : *et Stephano*.

Johannis Baptiste, et C alios solidos in Nativitate Domini, pro ipsa decima, ratione provisionis predicte, solvere tenebuntur; ad solutionem hujusmodi faciendam omnibus bonis ejusdem ecclesie de Ulmis, de voluntate et consensu nostro et capituli Andegavensis et ipsius rectoris, eidem archiepiscopo ejusque successoribus obligatis; acto etiam de consensu nostro et decani et capituli Andegavensium, quod, nisi predictus rector vel ejus successores summas pecunie predicte solverint eidem archiepiscopo vel ejus successoribus aut ejus vel eorum mandato terminis antedictis, in hoc casu idem archiepiscopus vel ejus successor contra predictum rectorem et ejus successores, dicto rectore in hoc expresse consentiente, nec non et ecclesiam de Ulmis predictam, animadvertere poterit idem archiepiscopus, eosdem rectores ad solutionem dictarum summarum eidem, ut dictum est, faciendam per censuram ecclesiasticam compescendo, et ipsam ecclesiam de Ulmis interdicto, si necesse fuerit, supponendo; salva nobis nostrisque successoribus, Andegavensibus episcopis, in omnibus aliis casibus in ipsam ecclesiam et ejusdem rectores jurisdictione et diocesana potestate. Tenentur rectores ecclesie predicte de Ulmis, et ejus successores in dictam ecclesiam instituendi, eidem archiepiscopo ejusque successoribus, et nobis etiam nostrisque successoribus, proprium juramentum prestare quod presentem compositionem perpetuo inviolabiliter observabunt. Si vero dictam decimam, ratione cujus decem dicte libre eidem archiepiscopo ejusque successoribus debent solvi, de jure vel de facto evici contigerit, vel impediri per justitiam secularem vel alio quoquomodo, quominus idem archiepiscopus vel ejus successores possint dictas decem libras annui redditus libere possidere et habere, nos Andegavensis episcopus nostrique successores tenemur, sub modo et forma predictis, eidem archiepiscopo ejusque successoribus tantumdem in redditibus assignare. Si autem ecclesia Turonensis per annum vel per amplius vacare contigerit, rector dicte eccle-

sie de Ulmis qui pro tempore fuerit de dictis pecuniis et summis nichil solvet, donec in dicta ecclesia Turonensi fuerit archiepiscopus substitutus, cui dictus rector qui pro tempore fuerit solvere tenebitur pro tempore preterito et presenti summas pecunie supradicte. Idem vero archiepiscopus vel ejus successores, predicta compositione servata, nichil aliud petere poterit pro expensis quas faciet eundo ad dictam consecrationem seu de ipsa redeundo; hoc salvo, quod in expensis episcopi Andegavensis in vigilia et in die consecrationis predicte Andegavis moram trahent archiepiscopi tamen Turonenses qui pro tempore fuerint, [et] electos in episcopos Andegavenses in die consecrationis eorumdem, commedendo in palatio Andegavensis episcopi, presentialiter honorabunt, nisi infirmitate vel alia justa causa fuerint impediti. In cujus rei, etc.

Datum die lune post Natalem beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo CC sexagesimo septimo.

## LVI

*Littera per quam capitulum Andegavense recognoscit dominum archiepiscopum ordinarium suum immediatum et quod eidem sunt immediate subjecti.*

(17 DÉC. 1357)

Universis etc., capitulum Andegavense, decano absente et agente notorie in remotis, salutem in Domino.

Noverint universi quod, cum anno Domini MCCC quinquagesimo sexto, decima quinta die mensis junii, vir venerabilis et discretus magister Stephanus Guerruti, canonicus noster, in capitulo Andegavensis ecclesie personaliter constitutus, nonnullis canonicis dicte ecclesie ibidem presentibus, gerens se pro commissario deputato a venerabili et discreto viro magistro Petro

Beumondi, canonico ecclesie Beati Martini Turonensis, commissario a domino nostro papa specialiter deputato quoad visitandas ecclesias, monasteria, loca sedi apostolice immediate subjecta, nec non illas et illa que ordinariis non subsunt, recipiendumque procurationes a locis predictis et personis ecclesiasticis eorum vel earumdem, nobis exhibuit quasdam litteras apostolicas, vero sigillo plumbeo domini nostri pape sigillatas, formam commissionis predicte seriosius continentes, nec non litteras commissionis seu subdelegationis quoad visitationes in locis et ecclesiis predictis faciendas et procurationes recipiendum (1) a dicto principali commissario sibi factas, petiitque dictus concanonicus noster a nobis, nosque cum instantia requisivit, ut ipsum ad visitationem admittere dignaremur virtute sue commissionis predicte, sibique, visitatione premissa, de procuratione juxta formam litterarum apostolicarum satisfacere curaremus;

Cui, tanquam obedientie filii, respondimus quod, si et in quantum ad hoc de jure teneremur, parati eramus mandatis sancte sedis apostolice obedire; protestantes quod, nisi virtute dictarum litterarum apostolicarum ad hoc artaremur, non intendebamus ipsum ad visitationem predictam admittere, nec procurationem aliquam sibi solvere ratione visitationis predicte seu alio quovismodo; proponentes et allegantes quod ad hoc minime tenebamur, nec dicte littere apostolice nos artabant, ex et pro eo quod reverendus in Christo pater ac dominus archiepiscopus Turonensis capituli nostri et collegii ecclesie Andegavensis immediatus ordinarius [erat] et eidem eramus immediate subjecti tanquam capitulum simul unicum, licet singulares persone ecclesie Andegavensis nobis capitulo predicto sint immediate subjecte; et ecclesiam et capitulum Andegavense poterat et consueverat, [sicut] ecclesias alias sue provincie, visitare et procurationem recipere a nobis (2) ac reverendo patre domino episcopo Andegavensi quo-

(1) Bét. : *procurationes recipiendo.*

(2) Bét. : *pro nobis,* et au-dessus de *pro* le mot *a.*

tiens dictam ecclesiam et capitulum visitabat; et in litteris apostolicis, de quibus superius fit mentio, canebatur expresse quod ecclesiis et locis que (1) ordinariis non sunt immediate subjecte visitationes fierent auctoritate apostolica supradicta, et procurationes exigerentur ab ipsis; et ita dicte littere ad admittendum ipsum et procurationem solvendam, predictis obstantibus, minime nos artabant; dicto subcommissario seu subdelegato contrarium asserente;

Tandem de consensu unanimi et concordi, nos ex una parte, et subdelegatus seu subcommissarius ex altera, convenimus in hunc modum, quod proposita hinc inde referrentur domino nostro pape, et quod super hoc suam intentionem declararet; et in casu quo, non obstantibus allegatis, diceret seu declararet quod virtute suarum litterarum apostolicarum teneremur ad visitationem admittere commissarium, seu subdelegatum, vel subcommissarium predictum, seu aliquem eorumdem, parati eramus eos admittere et de procuratione satisfacere fieri, si et in quantum de jure vel de consuetudine approbata teneremur, dictamque visitationem, in casu predicto dumtaxat et non alias, gratam habuimus et acceptam; nec unquam intentionis nostre [exstitit], nec existit, juri seu jurisdictioni, quod vel quam habet in nos capitulum predictum reverendus in Christo pater ac dominus, dominus archiepiscopus Turonensis, in visitando et corrigendo, seu alias, prejudicare seu obviare quoquomodo, nec per hoc eximere nos a jurisdictione sua, quin eam exercere valeat, sicut antea faciebat in casibus sibi licitis et premissis; quod omnibus quorum interest significamus tenore presentium litterarum. In cujus rei, etc.

Datum die XVII mensis decembris, anno Domini MCCC quinquagesimo septimo.

(1) Bét. : *qui.*

## LVII

*Qualiter, vacante ecclesia Andegavensi, capitulum ipsius ecclesie petiit a domino archiepiscopo licentiam eligendi.*

(JANV. 1356, N. S.?)

Sciendum est quod dicti decanus et capitulum ecclesie Andegavensis, ipsa ecclesia vacante per obitum bone memorie Fulconis, nuper episcopi Andegavensis (1), petierunt per suas litteras a domino P[etro], tunc Turonensi archiepiscopo, [licentiam] futurum episcopum in ea eligendi, qua obtenta dominus Radulphus de Machecol, tunc decanus Andegavensis, fuit per eos in episcopum electus (2).

(1) Foulques de Mathefelon mourut le 22 décembre 1355 — *Gal. christ.*, t. XIV, col. 578. — Port, *Dict. de Maine-et-Loire*, t. II, p. 615. — Cf. Bibl. nat., Hous., t. VIII, n° 3619.

(2) D'après la *Gallia christania*, t. XIV, col. 578, et d'après M. Port, *Dict. de Maine-et-Loire*, t. II, p. 564, Raoul de Machecoul aurait été nommé, sans élection, par le pape Innocent VI, le 2 mars 1356, n. s., et installé le 23 avril. — On lit, dans les notes de Suarez (Bibl. nat., lat. 8968, f. 306 v°.), les extraits suivants du premier volume de la quatrième année des Registres d'Innocent VI : « *Innocentius, etc., Radulpho, decano ecclesiæ Andegavensis,... confert episcopatum Andegavensem vacantem per obitum extra curiam Fulconis, episcopi Andegavensis et* SEDI APOSTOLICÆ RESERVATUM. *Dat. Avinione, VI non. martii, anno IV.* (2 mars 1356. n. s.) — *In eodem modo [Petro], archiepiscopo Turonensi, et Johanni, regi Francorum. — Innocentius etc, Rodulpho,* ELECTO ANDEGAVENSI, *a quo maluerit antistite consecrari. Dat. apud Villam Novam, VI idus aprilis, anno IV.* (8 avril 1356, n. s.) »

## LVIII

*Super eodem.*

(11 FÉVR. 1371, N. S.)

Reverendissimo in Christo patri ac domino S[ymoni], Dei gratia archiepiscopo Turonensi, seu ipsius vicariis in spiritualibus et temporalibus, decanus et capitulum Andegavenses reverentiam et obedientiam cum honore.

Ad vos destinamus et mittimus loco nostri venerabilem et discretum virum magistrum Petrum Tierry, cappellanum ecclesie nostre, exhibitorem presentium, ad denunciandam mortem deffuncti bone memorie domini G[uillelmi], quondam episcopi Andegavensis (1), et ad petendam nomine nostro a vobis licentiam eligendi episcopum et pastorem in ecclesia Andegavensi supradicta, si petere debeamus, et hoc reverendissime paternitati vestre significamus per presentes litteras sigillis nostris sigillatas. Valeat in Christo vestra prefata reverendissima paternitas quam ipse conservare dignetur cum augmento gratie et honoris.

Datum in nostro capitulo, die XI<sup>a</sup> mensis februarii, anno Domini millesimo CCC° septuagesimo.

(1) Guillaume Turpin est mort le 31 janvier 1371, n. s. Cf. *Gal. christ.*, t. XIV, col. 578 et Port, *Dict. de Maine-et-Loire*, t. III, p. 642.

## LIX

*Littera per vicarios domini archiepiscopi eis concessa de eligendo* (1).

(14 FÉVR. 1371, N. S.)

Vicarii in spiritualibus et temporalibus reverendissimi in Christo patris ac domini, domini S[ymonis], digna Dei providentia archiepiscopi Turonensis, agentis notorie in remotis, viris venerabilibus et discretis ac in Christo nobis karissimis decano et capitulo Andegavensibus salutem et sinceram in Domino caritatem.

Denunciata nobis ex parte vestra, per venerabilem virum magistrum P[etrum] Tierry, cappellanum ecclesie vestre, a vobis ad id destinatum, morte bone memorie G[uillelmi], quondam episcopi Andegavensis, et petita ab eodem nomine vestro licentia eligendi, eandem licentiam autoritate dicti reverendi patris vobis benigniter concedentes, dilectionem vestram affectuose requirimus et hortamus in Domino, quatenus solum Deum habentes pre oculis providere salubriter studeatis magis ecclesie quam persone.

Datum die XIIII[a] februarii, anno Domini millesimo CCC sexagesimo decimo.

(1) Cette pièce est analysée dans la collection dom Hous., t. VIII, n° 3681, d'après les archives du chapitre d'Angers, t. I.

## LX

*Qualiter capitulum ecclesie Cenomanensis petit licentiam futurum episcopum eligendi.*

(16 JUIN 1367)

Reverendo in Christo patri et domino, domino [Symoni], Dei gratia archiepiscopo Turonensi, seu ejus in spiritualibus vicariis, capitulum ecclesie Cenomanensis, decano absente et in remotis agente, cum qua possunt recommendatione, reverentia et honore tanto patri et domino debitis, et devote reverende paternitati vestre, notum facimus per presentes, quod bone memorie deffunctus dominus Michael, nuper et ultimo episcopus et pastor noster dicte ecclesie Cenomanensis, fuit, quod dolenter referimus, die dominica in festo Trinitatis Domini estivalis novissime preterito (1), hora circa tertiam, in suo manerio de Thouvaia (2), Cenomanensis diocesis, viam universe carnis ingressus, et corpus ipsius, die martis proximo subsequenti, in choro ejusdem ecclesie, cum qua potuimus reverentia, traditum sepulture. Quocirca reverendam paternitatem vestram humiliter requirimus et eidem supplicamus, quatenus vestri gratia et intuitu pietatis, ne dicta ecclesia diutius pastoris solatio remaneat destituta, nobis dignemini concedere licentiam eligendi et ad electionem futuri episcopi in ipsa ecclesia celebrandam, ut fieri consuetum est, divina juvante gratia, procedendi. Valeat etc.

Datum die mercurii post dictum festum, anno Domini millesimo CCCLXVII.

(1) 13 juin 1367.
(2) Bét. : *Thonnaia*.

## LXI

*Qualiter episcopus Cenomanensis significavit domino Turonensi quod intendebat facere professionem debitam sibi et ecclesie Turonensi* (1).

(24 JANV. 1280, N. S.)

Reverendo in Christo patri ac domino Johanni, Dei gratia Turonensi archiepiscopo, J[ohannes], ejusdem miseratione Cenomanensis episcopus, salutem et cum omni reverentia et honore obedientiam tam debitam quam devotam.

De consilio capituli nostri Cenomanensis, reverende paternitati vestre significamus, quod nos, hac instanti die martis post festum beati Juliani (1), proponimus, auxiliante Domino, Turoni interesse, facturi vobis et sancte ecclesie Turonensi que debemus. Unde paternitatem vestram requirimus, quatenus ea, que predecessores vestri predecessoribus nostris consueverunt facere, nobis dicta die exhibere curetis, et nobis ac nostris dicta die faciatis, prout moris est, necessaria preparari. Valeat vestra paternitas graciosa bene et diu in filio Virginis gloriose.

Datum apud Ebriacum domum nostram, anno Domini MCCLXX nono, die mercurii post festum sancti Vincentii.

(1) A la suite de ce titre se trouve la note suivante : *Vide litteram Juhelli super hoc.* — Il s'agit de la lettre de Juhel du mois de février 1240, n. s., imprimée ci-dessous, n° CXLV.

(2) 30 janvier 1280, n. s.

## LXII

*Littera de XII libris debitis domino archiepiscopo a priore Sancti Thome de Ambazia* (1).

(DÉC. 1343)

Universis etc., Petrus, permissione divina archiepiscopus Turonensis, et frater Guido, permissione eadem abbas monasterii Beate Marie de Ponte Levio, ordinis sancti Benedicti, Carnotensis diocesis, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Noveritis quod, cum inter bone memorie Stephanum, quondam archiepiscopum Turonensem (2), ratione archiepiscopatus sui Turonensis ex una parte, et nos abbatem et conventum predictos (3), ratione monasterii nostri predicti ex altera, pridem verteretur materia questionis ratione cujusdam partis vici vocati vicus de Charenton, alias Vicus Archiepiscopi, et domorum et rerum aliarum in dicta parte vici, et loci de Feularde cum pertinenciis ejusdem, in censiva seu feodo domini de Charenton consistentibus, et loci de Charenton cum pertinentiis ejusdem moventibus de feodo Petri de Pontibus, quondam militis, et de retrofeodo archiepiscopi, archiepiscopatus et ecclesie Turonensis, in quibus seu feodo et retrofeodo dictus bone memorie, nomine archiepiscopatus et ecclesie (4) Turonensis, ratione retrofeodi, dicebat et asserebat se habere omnimodam justitiam altam et bassam, et in ea per nos abbatem et conventum predictos contra justitiam impediri;

Nobis abbate et conventu contrarium asserentibus et

(2) Analyse de cette pièce, t. VIII, n° 3583 de la collection de dom Housseau.

(2) Étienne de Bourgueil, archevêque de Tours, confirmé en novembre 1323, † 7 mars 1335.

(3) Bét. : *abbatem et conventus predictos.*

(4) Bét. : *ecclesia Turon.*, avec la lettre *e* au-dessus de l'*a* d'*ecclesia*.

dicentibus, quod, licet pars dicti vici domusque et res alie predicte cum pertinentiis suis essent et fuissent de terra et feodo domini de Charenton, et moventes de feodo dicti quondam militis, et de retrofeodo dicti archiepiscopi et ecclesie Turonensis, tamen non ad ipsos archiepiscopum et militem, sed ad nos et monasterium nostrum in dictis locis omnimoda justitia alta et bassa pertinebat, et eadem usi fueramus ab antiquo pacifice;

Tandem post multos et prolixos litigiorum anfractus, et pro omnibus litibus in futurum tollendis et discordiis penitus evitandis, et pro evidenti utilitate utriusque partis, ad transactionem, pacem et concordiam super premissis idem bone memorie quondam archiepiscopus Turonensis et nos abbas et conventus predicti, si domino nostro pape et sancte sedi apostolice placeret, devenire consensimus in hunc modum, videlicet quod nos abbas et conventus predicti tradidimus, cessimus, concessimus, dimisimus et quittavimus dicto bone memorie et ejus successoribus archiepiscopis Turonensibus imperpetuum, si domino nostro pape hujusmodi compositio complaceret, certas hereditates et certos redditus declaratos plenius et specificatos in litteris transactionis et pacis hujusmodi super hoc confectis, sigillis predicte bone memorie et capituli Turonensis et nostrum abbatis et conventus predictorum sigillatis, de data mense decembri, anno Domini MCCCXXX (1), et sub certis modo et forma in dictis litteris latius declaratis, in et pro valore et estimatione duodecim librarum, monete currentis, annui et perpertui redditus; quas duodecim libras annui redditus eidem bone memorie et suis successoribus per pacem hujusmodi facere tenebamur habendas, tenendas, levandas et exigendas ab archiepiscopo Turonensi pro tempore perpetuis temporibus in futurum, causa permutationis et

(1) Une analyse de cet acte de décembre 1330 se trouve dans la collection dom Housseau, t. VIII, n° 3539. — Cf. aussi dom Chazal, *Hist. de l'abbaye de Pontlevoy*, Bibl. nat., lat. nouv. acq. 6278, f. 90.

in escambium omnium jurium et rerum que ad archiepiscopum Turonensem, nomine et ratione archiepiscopatus et ecclesie Turonensis, pertinere poterant et debebant, in feodo et censiva, justitia, retrofeodo et rebus aliis predictis hic inferius plenius declaratis, ratione et causa retrofeodi antedicti.

Dictus vero bone memorie, cum consilio et assensu capituli Turonensis, si domino nostro pape placeret, omnia jura et res que et quas ipse et ecclesia Turonensis, ratione archiepiscopatus Turonensis, habebant et habere poterant (1) in domanio de Charenton, videlicet: in herbergamento de Charenton cum molendino, rocha et virgultis eidem tangentibus et ad ipsum pertinentibus; item in domo et grangia medietaria (2) dicti loci de Charenton cum triginta sex sextariatis terrarum vel circa; item in duobus arpentis pratorum vel circa ; item in quinque minetis terrarum vel circa cum columbario in eisdem sito ; item in novem boessellatis terre vel circa situatis ad locum de Taillepié, quas liberi Theobaldi d'Oubusson tenent, pertinentia ad dictum locum de Charenton, moventia de feodo dicti Petri de Pontibus, quondam militis, et de retrofeodo archiepiscopi et archiepiscopatus Turonensis, valentia (3) domino proprietario triginta libras, et archiepiscopo Turonensi pro tempore, ratione retrofeodi, quindecim solidos ; item in domo cum grangia loci de Feularde, cum rocha et duodecim sextariatis terrarum vel circa, cum uno quarterio prati vel circa, valentia (4) proprietario dicti loci decem libras, et archiepiscopo Turonensi pro tempore, ratione retrofeodi, quinque solidos; item in quatuordecim hospitibus seu mesnagiis archiepiscopo Turonensi pro tempore justiciabilibus; in XIIII domibus seu

(1) Bét. : *et ecclesie Tur., ratione archiepiscopatus Turon., habebat et habere poterat.*

(2) Bét. : *medietariam.*

(3) Bét. : *valentes.*

(4) Bét. : *valentis.*

mesnagiis sitis in dicto vico de Charenton cum virgultis et ortis eorum, continentibus tres sextariatas terre vel circa ; in omnibus domibus, ortis et virgultis, et in tribus domibus seu mesnagiis sitis apud Charenton, et una domo sita in loco de Feularde, movente de censiva et feodo domini de Charenton, de retrofeodo dicti quondam militis, et de retrofeodo archiepiscopi et archiepiscopatus Turonensis cum omnibus pertinentiis suis, valentia(1) pro emolumento justitie, communi estimatione, quatuor libras cum dimidia; pro predictis rebus, dicto bone memorie archiepiscopo Turonensi predictis XII libris annui redditus assignatis ut supra, sub forma tamen inferius comprehensa, cedere, quittare et dimittere nobis abbati et conventui in perpetuum causa permutationis et in escambium predictorum, habito domini nostri pape consensu et auctoritate, bona fide promiserat et promisit, et de facto etiam tradidit et realiter assignavit; salvo tamen et reservato Petro de Pontibus,quondam militi, predicto, et dicto domino de Charenton, et quibuscumque alias jus habentibus in premissis, omni jure quod habebant et habere poterant et debebant, habent, possunt et debent habere in dicto vico vel parte ipsius, censiva, justitia, feodo et retrofeodo predictis, que in dicta compositione minime includebat, nec sibi per eam prejudicare intendebat quoquomodo ; acto et etiam convento expresse inter dictum bone memorie et nos abbatem et conventum quod homagium integrum, ad quod dictus Petrus de Pontibus miles tenebatur, et successores sui in posterum, archiepiscopo et archiepiscopatui Turonensi salvum et illibatum Turonensi archiepiscopo remaneret et remanebit, [sine] diminucione cujuscumque redibencie, servitii vel honoris, in statu hactenus observato. Et hoc facere et procurare nos abbas et conventus nostris sumptibus et expensis promissimus, tenebamur,

(1) Bét. : *valentibus.*

et obligati fuimus et sumus, prout hec omnia in dictis litteris plenius continentur.

Verum quia in assignatione rerum et reddituum per nos abbatem et conventum assignatorum eidem bone memorie predictis duodecim libris annui redditus, de ipsis per triennium tenendis, et de aquirendis per nos in ipsius retrofeodis, vel alibi in Turonia, duodecim libras annui redditus infra ipsum triennium eidem si placet assignandis, et de quibusdam aliis circa hec adimplendis, in dicta transactione per conventionem fuerint adjecte nonnulle pactiones, clausule et cautele, prout in eisdem litteris super hoc confectis plenius continetur, que non fuerunt in aliquo adimplete, quinimo idem bone memorie, cito post transactionem predictam hereditates et redditus sibi per nos taliter assignatos tenere et habere penitus recusavit, asserens quod nimis remote, in diversis locis site, et quasi inutiles sibi et ecclesie sue essent; et nos abbas et conventus predicti ex dicto tempore annuatim sibi et dicto ejus successori de bursa nostra solvimus duodecim libras annui redditus supradicti, nec inveniebamus utiliter pro tunc ubi possemus in retrofeodis ipsius, vel alibi in Turonia, acquirere redditum supradictum.

Tandem pluribus tractatibus inter nos P[etrum], modernum archiepiscopum Turonensem, et abbatem et conventum predictos, super assignatione dictarum duodecim librarum annui redditus, per plures vices prehabitis, nos archiepiscopus predictus, prehabita deliberatione cum nostro capitulo Turonensi et de ipsorum consilio et assensu, et nos abbas et conventus, deliberatione habita cum nostris consiliariis super hujusmodi assignatione, ad hunc finem, pro circuitu evitando, unanimiter et concorditer devenimus ab assignatione predictarum hereditatum et reddituum per nos abbatem et conventum dicto bone memorie facta per duodecim libras annui redditus supradicti et dictis pactionibus et clausulis circa ipsam assignationem adhibitis, de communi consensu, in totum

recessimus hinc et inde transactionem et pacem hujusmodi, prout in dictis litteris continetur, in omnibus aliis articulis, in quantum possumus, ratifficantes et approbantes, volentes et consentientes quod hereditates et res hujusmodi taliter assignate, nobis abbati et conventui perpetuo remaneant et nostre sint, sicut erant ante tempus assignationis predicte.

Et nos abbas et conventus, cupientes prefato domino archiepiscopo Turonensi et ejus successoribus in perpetuum de dictis XII libris annui reddilus satisfactionem congruam exhibere, attendentes priorem nostrum prioratus nostri Sancti Thome de Ambazia, Turonensis diocesis, nobis et monasterio nostro teneri annuatim in duodecim libras annui redditus, videlicet in centum solidos redditus ab antiquo tempore, et in septem libras redditus ex novis pactionibus nuper habitis, certis de causis, inter nos et priorem nostrum predictum, sitas et assignatas super prioratu predicto, juribus et pertinentiis universis ejusdem, de voluntate et assensu fratris Petri, prioris prioratus predicti nostri, liberando nos et monasterium nostrum ab onere solutionis dictarum duodecim librarum annui redditus, dicto reverendo a nobis per compositionem predictam debitarum, dictas duodecim libras annui redditus, nobis abbati et conventui ut prefertur, debitas a priore et super prioratu [et] pertinentiis antedictis, dicto reverendo patri et ejus successoribus, archiepiscopis Turonensibus, cum omni jure quod habemus in ipsis, tradimus, cedimus, concedimus, dimittimus perpetuo et quittamus eidem reverendo patri et ejus successoribus, archiepiscopis Turonensibus, habendas, levandas, percipiendas et eis solvendas annuatim perpetuo a priore pro tempore prioratus nostri predicti, super prioratu et pertinentiis antedictis, annis singulis, in futurum, videlicet in quolibet festo Nativitatis Domini sex libras, et in quolibet festo Nativitatis beati Johannis Baptiste VI libras; et easdem XII libras redditus eidem reverendo patri et successoribus suis, archiepis-

copis Turonensibus, super dicto prioratu et ejus pertinentiis assignamus, et dictos prioratum et pertinentias oneramus et afficimus ad premissa specialiter et expresse.

Et est actum et expresse conventum inter nos quod si infra terminum, a data presentium numerandum, nos abbas et conventus predicti acquisiverimus seu acquiramus in retrofeodis dicti reverendi patris, vel alibi in diocesi Turonensi, duodecim libras dicte monete, annui et perpetui redditus, seu hereditates congrue valentes XII libras annui redditus, et easdem dicto reverendo patri vel ejus successoribus in uno loco vel duobus, infra dictum terminum, assignemus, ita quod habeant ipse et sui successores pro premissis de annuo et perpetuo redditu duodecim libras legitime assignatas, nos archiepiscopus predictus, seu nostri successores, easdem recipere et habere tenebimur; et ex tunc erunt dicti prior et prioratus quitti et liberi ab onere solutionis dicti redditus nobis archiepiscopo et nostris successoribus in antea faciende; et in omnem casum, redditus seu res, que eidem domino archiepiscopo pro dictis duodecim libris redditus annui remanebunt, tenebimur et tenemur nos abbas et conventus eidem reverendo et ejus successoribus deliberare, et reddere nostris propriis sumptibus amortisata in totum, et omnia damna et deperdita resarcire, si qua sustinuerint propter amortizationis retardationem vel deffectum ; hoc salvo quod si nos abbatem et conventum contingat in ejusdem domini archiepiscopi retrofeodis predictum redditum duodecim liberarum acquirere seu habere, et ipsum vel ejus successores acceptare eundem, non tenebimur eidem domino archiepiscopo seu ejus successoribus facere, pro amortizatione ipsius redditus, financiam aliqualem; et insuper nos abbas et conventus, infra quadriennium a data presentium numerandum, assensum domini nostri pape super compositione predicta et contentis in presentibus litteris impetrare, et litteras domini nostre pape de dicto assensu eidem

reverendo super hoc assignare, bona fide promittimus et tenemur nostris propriis sumptibus et expensis, pro quibus impetrandis idem dominus archiepiscopus et ejus capitulum Turonense dabunt nobis suas litteras supplicatorias domino pape, et testimoniales predictam compositionem factam fuisse ad utilitatem suam et sue ecclesie Turonensis.

Et ad premissa et singula tenenda et observanda et integraliter adimplenda, nos archiepiscopus predictus, abbas et conventus predicti, quilibet pro parte sua, obligamus alter alteri nos et ecclesias nostras et omnia bona ecclesiarum nostrarum et nostra presentia et futura specialiter et expresse; promittentes bona fide quod contra premissa per nos vel per alios non veniemus, nec opponemus, in posterum aliqua ratione. Nos etiam decanus, et capitulum Turonenses premissis omnibus, de consilio et voluntate nostris factis, deliberatione prius habita diligenti, quantum ad nos pertinet, assentimus. In quorum testimonium etc.

Datum et actum mense decembri, anno Domini millesimo CCC quadragesimo tertio.

## LXIII

*Confirmatio domini pape Clementis VI super dicta compositione* (1).

(17 DÉC. 1345)

Clemens episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Ea que concordiam sapiunt et materiam auferunt jurgiorum, presertim inter ecclesiarum presules et regulares personas divinis obsequiis deputatas, libenter apostolico favore prosequimur, et ut in recidive questionis

(1) Analyse de cette bulle, t. VIII, n° 3583 *bis* de la collection de dom Housseau.

scrupulum non resurgant, super hoc libenter adicimus apostolici muniminis firmitatem. Sane petitio pro parte venerabilis fratris nostri Petri, archiepiscopi Turonensis, et dilectorum filiorum decani et capituli Turonensium, ac Guidonis abbatis monasterii Beate Marie de Ponte Levio, ordinis sancti Benedicti, Carnotensis diocesis, totiusque ejusdem monasterii conventus, exhibita continebat quod, cum dudum inter bone memorie Stephanum, archiepiscopum Turonensem, ipsius Petri predecessorem, ex parte una, et abbatem et conventum predictos ex altera, verteretur materia questionis ratione cujusdam partis vici vocati vicus de Charenton, alias Vicus Archiepiscopi, etc. Quare pro parte Petri archiepiscopi ac decani et capituli et abbatis et conventus predictorum, nec non venerabilis fratris nostri Guillelmi, episcopi Carnotensis, nobis extitit humiliter supplicatum, ut premissa omnia et singula per eos, ut premittitur, super premissis acta, gesta et etiam ordinata, et alia in eisdem litteris contenta, que quidem omnia sunt, ut asseritur, eis et ecclesie ac monasterio prefatis multum accommoda, fulcire apostolico munimine dignaremur, supplendo omnem deffectum, si quis, pro eo quod episcopi Carnotensis, qui tunc erat, consensus super hoc minine intervenit, vel alio quovis modo, fuerit in premissis.

Nos igitur volentes ea perpetuis futuris temporibus per easdem partes et earum quemlibet inviolabiliter observari, hujusmodi supplicationibus inclinati, predicta omnia et singula per partes ipsas finaliter, ut predicitur, ordinata, rata et grata habentes, illa auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnem deffectum, si quis in premissis, pro eo quod episcopi Carnotensis predicti consensus super ea, ut prefertur, minime intervenit, vel alias quovis modo forsan fuerit, de apostolice plenitudine potestatis. Nulli ergo etc.

Datum Avinione, XVI kal. januarii, pontificatus nostri anno tertio, videlicet Clementis pape VI.

## LXIV

*Littera de quinquaginta solidis debitis ab abbate et conventu Aque Vive pro domo sua Turonensi in novitate cujuslibet archiepiscopi, una cum censu annuo.*

(14 SEPT. 1286)

Universis etc., Bochardus, Dei gratia archiepiscopus Turonensis, salutem in Domino.

Noverint universi quod, cum religiosi viri abbas et conventus monasterii Beate Marie de Aqua Viva, nostre Turonensis diocesis, ex donatione a Jancto et Martino de Codra fratribus ac matre eorum eis facta, ut dicitur, intuitu pietatis, haberent, tenerent et possiderent Turonis, in feodo nostro, in parrochia Sancti Vincentii Turonensis, in vico qui dicitur Campus Comitis, duas domos cum fundis et platea intermedia, sita inter domum que fuit quondam dicti Machepain lathomi, quam nunc tenet Michael Goion rotarius, ex parte una, et teneuram quam solebat tenere, dum vivebat, deffunctus Jobertus Torant, ex altera, prout ipse domus cum fundis, rocha, et platea predictis se extendunt, et ex dicto vico usque ad teneuram, quam tenet a nobis Johannes dictus Bonefaice clericus, retro easdem domos existentem ; quas quidem res dicti mater et fratres, donationis hujusmodi tempore, tenebant a nobis ad censum annuum trium solidorum et trium obolorum ; ac nos peteremus, ut ipsi religiosi res predictas extra manum suam mortuam ponerent, volentes eos ad id compellere, prout nobis licebat de patrie consuetudine hactenus observata ;

Nos tamen, religionis intuitu, eisdem religiosis et mo-

nasterio cupientes facere gratiam specialem, volumus et eis concedimus quod res predictas teneant et possideant perpetuo, nec eas per nos et etiam successores nostros extra manum suam ponere ullatenus compellantur, nec etiam teneantur; tali tamen conditione, quod ipsi religiosi nobis et successoribus nostris dictos tres solidos et obolos, una cum quinque solidis obolo minus ex augmento census annui super premissis annuatim in festo sancti Vincentii solvere teneantur, et quinquaginta solidos in mutatione cujuslibet archiepiscopi Turonensis; que omnia ipsi religiosi nobis, ut premittitur, solvere tenebuntur, salva nobis et retenta nostra alta et bassa justitia in premissis. In cujus rei...

Actum Turonis, die sabbati post festum Nativitatis beate Marie Virginis, anno Domini MCC octogesimo sexto.

## LXV

*Concordia monasterii Millebecensis* (1).

(1177)

Notum sit presentibus et futuris quod nos G[arinus] Bituricensis, et B[artholomeus] Turonensis archiepiscopi, de voluntate et assensu clericorum nostrorum et abbatis et monachorum Millebecensium, mediantibus sex personis ecclesiarum nostrarum, videlicet Absalone archidiacono Bituricensi, Hamone priore de Vescentio, et (2) magistro Raimondo canonico, et Johanne thesaurario Turonensi, et magistro Gauffrido archidiacono, et

(1) Cette pièce occupe aussi le n° III des deux cartulaires de Rome et de Londres. — Elle se trouve également dans le manuscrit de Tours 1271, *Liber compos.*, f. 13 r°. (= Copie de Paris, lat. nouv. acq. 1183, p. 351.)

(2) Bét. : *de Vescentio, et.* — Rome et Londres : *de Vestenc., et.* — 1271 : *de Vestene, et.*

magistro Petro de Augan canonico Turonensi, quorum arbitrio nos et abbas et monachi bona fide stare promisimus super querela Millebecensi diutius inter nos et antecessores nostros agitata, in hunc modum [composuimus] (1).

Abbas Petrus, tunc presens, qui antea fidelitatem domino Turonensi et ecclesie sue juraverat, Garino Bituricensi archiepiscopo professionem faciet, obedientiam promittet et ei tanquam episcopo suo respondebit, sicut ceteri abbates Biturie facere dinoscuntur. Petro autem cedente vel decedente, monachi Millebecenses, decessu seu discessu abbatis sui archiepiscopo Bituricensi nec non [et] Turonensi pariter nunciato, ab utroque licentiam expetent (2) eligendi, et absque mora et difficultate impetrabunt. Electum primo Turonensi archiepiscopo, domino et principi suo, presentabunt, qui, accepta ab ipso fidelitate de regalibus, infra viginti dies de ipsis eum per baculum vel aliud investiet, nisi rationabilis causa impedierit. Investituram autem factam, seu rationabilem causam impedimenti, per litteras suas domino Bituricensi significabit. Cessante vero impedimento, ille idem (3) vel alius predicto modo presentabitur primo domino Turonensi; quem postquam de regalibus investierit, cum litteris suis mittet eum ad dominum Bituricensem, et ipse cum monachis postulabunt eum benedici. Sine litteris autem Turonensis archiepiscopi, non benedicet eum, nisi forte Turonensis ultra prescriptum terminum XX[u] dierum vellet malignari. Dominus vero Bituricensis, nisi rationabilis causa impedierit, ipsum infra viginti dies in abbatem benedicet. Si autem causa impedimenti intervenerit, ipsam significabit domino Turonensi per litteras suas. Et ita domino Bituricensi et successoribus ejus abbas, sicut ceteri abbates Biturie, professionem

(1) Ce mot manque dans Bétencourt; il se trouve dans 1271, Rome et Londres.

(2) Bét. : *expectent.*

(3) Bét. : *impedimento illo, idem.*

et obedientiam faciet, et in episcopalibus respondebit. Bis in anno veniet ad sinodum Bituricensem ; ad sinodum vero Turonensem que celebratur circa festum sancti Luce ibit, nec propter sinodum Bituricensem impedietur ire. Ita ut, propter hec omnia supradicta, Bituricensis nichil regale sibi usurpet, nec Turonensis aliquid episcopale sibi vindicet. Si vero abbas aut monachi adversus Bituricensem in episcopalibus, vel Turonensem in regalibus, aut in aliquo supra scriptorum, vellent malignari, ipsi se invicem bona fide juvabunt.

Hanc autem compositionem laudaverunt et approbaverunt Hubaudus decanus Bituricensis (1) et Hugo decanus Turonensis qui presentes aderant, nec non et Frodo (2) cellerarius Turonensis, cum multis aliis canonicis tam Bituricensibus quam Turonensibus. Nos itaque hanc compositionem in perpetuum manere volentes, sigillorum nostrorum impressionibus fecimus communiri.

Actum in presentia nostra, apud Sanctum Anianum in Bituria, anno ab Incarnatione Domini MCLXXVII (3), quo reformata est pax inter Alexandrum summum pontificem et Fredericum imperatorem.

(1) La *Gal. christ.*, t. II, col. 111, l'appelle : *Humbaldus*.
(2) 1271, Rome et Londres. — Bétencourt donne : *Feodo*.
(3) Le cartulaire de dom Bétencourt porte à tort : M.C.L XVII. La date exacte est 1177 ; c'est en effet en cette année que l'empereur Frédéric I[er] reconnut le pape Alexandre III. Du reste, la date de 1177 se trouve dans les deux cartulaires de Londres et de Rome, et dans le *Liber compositionum*.

## L X V I

*Confirmatio super eadem* (1).

(1182-1183, 19 JUIN)

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri [Bartholomeo], archiepiscopo Turonensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Ea propter, venerabilis in Christo frater, tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu, compositionem inter tuam et Bituricensem ecclesias super subjectione Millebecensis monasterii, sicut canonice facta ab utraque parte recepta est et servata, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus; statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Velletri, XIII kal. julii.

(1) Jaffé-Wattenbach, *Reg.*, n° 14206, d'après ce cartulaire. C'est seulement en 1182 et en 1183 qu'on trouve Luce III à Velletri le 19 juin. — Cette bulle nous a été également conservée par le *Liber comp.*, ms. de Tours 1271, f. 13 v°. (= Copie de la Bibl. nat., lat. nouv. acq. 1183, p. 47.)

## LXVII

*Sentential domini pape Anastasii de subjectione monasterii Millebecensis* (1).

(3 MARS 1154, N. S.)

Vide infra tenorem littere de subjectione dicti monasterii et de procuratione et receptione domini archiepiscopi; et est originale in cancellaria.

Anastasius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri [Engebaldo], archiepiscopo Turonensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Ad hoc in sede justitie a provisore omnium bonorum Domino, divina favente clementia, residere conspicimur, ut singulis per orbem ecclesiis et ecclesiasticis personis sua jura illibita serventur, [et] si qua inter ipsos orta fuerit discordia, juxta quod nobis Dominus scire ac posse donaverit, secundum equitatis et justitie moderationem clarere curemus. Justum enim et rationabile est, ut suus unicuique honor ecclesie ac dignitatis et sua justitia conservetur. Equa enim sunt libramina justitie; et nos qui, licet indigni, justitie custodes ac precones in excelsa beatorum apostolorum Petri et Pauli specula, disponente Domino, constituti sumus, necesse habemus prava corrigere, recta firmare, et in omni ecclesia sic ad interni arbitrium judicis disponenda disponere, ut de vultu ejus judicium nostrum prodeat, et oculi nostri videant equitatem.

Controversiam igitur que inter te et venerabilem fratrem nostrum P[etrum], Bituricensem archiepiscopum, super Millebecensi ecclesia diutius agitatam, et, utraque parte in nostra presentia existente, auditis hinc inde al-

(1) Jaffé-Wattenbach, *Regesta pont. Rom.*, n° 9842, d'après ce cartulaire.

legationibus et rationibus, ac scriptis Romanorum pontificum, Pascalis (1) videlicet et Eugenii (2) qui Urbani pape (3) inherendo vestigiis eandem Millebecensem ecclesiam Parciacensi ecclesie semper subesse auctoritate apostolica confirmarunt, communicato consilio fratrum nostrorum episcoporum, presbyterorum, et diaconorum cardinalium, hoc ordine duximus decidendam, ut predicta Millebecensis ecclesia memorate Parciacensi ecclesie, tanquam membrum suo capiti, perpetuis temporibus debeat subjacere et debitam ei reverentiam humiliter exhibere, precipue cum pars Bituricensis archiepiscopi nichil quod ratione subnixum esset asserere, nec partem suam alicujus Romani pontificis auctoritate tueri, valeret. Dispositionem vero ipsius abbatis, qui per eundem Bituricensem archiepiscopum in eadem ecclesia fuerat ordinatus, a predecessore nostro sancte memorie Eugenio factam, nos quoque auctoritate apostolica confirmamus.

Si que igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre decisionis sententiam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione condigna emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissino corpore et sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jesus Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat; observantibus autem sit pax domini nostri Jesus Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen, Amen.

Datum Laterani, per manum Rolandi sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, V° nonas martii, indictione II, Incarnationis dominice anno MC

(1) Pascal II, pape, élu le 13 août 1099, consacré le 14, † 21 janvier 1118.
(2) Eugène III, pape, élu le 15 février 1145, consacré le 18, † 8 juillet 1153.
(3) Urbain II, pape, élu et consacré le 12 mars 1088, † 29 juillet 1099.

quinquagesimo tertio, pontificatus vero domini Anastasii quarti pape anno primo.

Et est sciendum quod ecclesia Parciacensis, de qua superius fit mentio, est prioratus ad presens de Parcaio juxta Insulam Bochardi, diocesis Turonensis.

## LXVIII

*Qualiter, recepta a domino Turonensi fidelitate ab electo Millebecensis monasterii, remittit ipsum domino Bituricensi benedicendum.*

(1314)

Reverendo in Christo patri domino [Egidio], Dei gratia archiepiscopo Bituricensi, Gaufridus, ejusdem permissione archiepiscopus Turonensis salutem, et sinceram in Domino caritatem.

Noverit vestra paternitas quod nos religiosum virum fratrem S., priorem de Busencaio, post nunciationem obitus bone memorie Stephani, nuper abbatis Millebecensis, vestre diocesis, vobis, ut accepimus, nobisque domino et principi temporali dicti monasterii pariter per priorem et conventum ejusdem monasterii per litteras suas factam, postque petitam et obtentam a vobis, ut accepimus, et a nobis pariter per easdem licentiam sibi futurum eligendi pastorem, per fratres ipsius monasterii in abbatem suum et dicti monasterii, ut accepimus, concorditer electum, nobisque ex parte dictorum prioris et conventus, prout decuit, presentatum, prius ab ipso de regalibus ejusdem monasterii fidelitate recepta, de regalibus ipsis per quemdam baculum quem in manu nostra tenebamus duximus investiendum, prout ad nos,

tanquam ad dominum et principem temporalem, dignoscitur pertinere ; quod vestre reverende paternitati significamus per presentes nostro sigillo sigillatas.

Datum anno Domini MCCCXIIII.

## LXIX

*De monasterio Sancti Genulphi* (1).

Omnibus presentes litteras inspecturis P., abbas Sancti Genulphi, salutem in Domino.

Sub testimonio veritatis, que Deus est, presentis scripti testimonio omnibus notificamus, et quod audivimus et vidimus testificamur (2), quod cedente vel decedente abbate Sancti Genulphi, cessione vel decessu ejus per nuncios ecclesie nostre domino Turonensi vel ecclesie, si sedes vacaverit, notificato, postmodum celebrata electione de persona idonea, ecclesia nostra personam electam primo (3) debet ei presentare et ipse debet ipsam de temporalibus vel regalibus investire, nisi causa rationabilis ei objiceretur et contra ipsam probaretur (4), et sic, cum ad (5) ecclesiam nostram redierit, inde postmodum domino Bituricensi presentabitur electus bene-

(1) Cette pièce se trouve aussi dans le *Liber compositionum*, ms. de Tours 1271, f. 14 r°. (= Copie de la Bibl. nat., lat. nouv. acq. 1183, p. 48.) — Elle est imprimée dans Maan, *Sancta et m. ecclesia Turon.*, 1re partie, p. 130. — La date de cette lettre est impossible à déterminer ; il y eut, en effet, au moins quatre abbés de Saint-Genou du nom de Pierre : Pierre I en 1066, Pierre II élu en 1178 et vivant encore en 1184, Pierre III en 1240 et enfin Pierre IV (*Gal. christ.*, t. II, col. 146). Dans la pièce n° LXXII, de l'année 1202, on trouve également un Pierre, abbé de Saint-Genou, qui est peut-être le même que celui appelé par la *Gallia* Pierre II.

(2) Maan : *testamur.*

(3) Manque dans Maan et 1271.

(4) Maan : *rationabiliter ei objiciatur et contra ipsum probetur.*

(5) Manque dans Bétencourt.

dicendus, et ipse Bituricensis archiepiscopus, sine difficultate et dilationis dampno ecclesie nostre, debet electo nostro benedictionis beneficium impertiri.

## LXX

*Item super eodem.*

(8 oct. 1234)

Et nota quod sunt alie littere majores in cancellaria Turonensi super facto dicti monasterii.

Reverendo in Christo patri ac domino, domino Juhello, Dei gratia Turonensi archiepiscopo, humilis prior et conventus monasterii Sancti Genulphi salutem tam debitam quam devotam et in omnibus famulatum.

Paternitati vestre duximus significandum B. Garnerii, dilectum socium nostrum, a nobis canonice in abbatem electum, et vobis, tanquam spirituali domino, ad pastoralem baculum et regalia presentatum, electioni (1) voluntate spontanea resignasse; paternitatem vestram humiliter duximus exorandum quatenus nobis eligendi licentiam conferatis.

Datum in vigilia beati Dionisii, anno Domini M°CC°XXXIIII°.

(1) Bét. : *electionique.*

## LXXI

*Qualiter dominus archiepiscopus mandat dictos abbates recipi in canonicos Turonenses.*

(1364-1379)

. . . . . . . .

Simon etc., archiepiscopus Turonensis, venerabilibus et discretis viris decano et capitulo nostre ecclesie Turonensis salutem in Domino sempiternam.

Cum religiosus et honestus frater *talis*, abbas Millebecensis (Sancti Genulphi) monasterii, Bituricencis diocesis, nobis fidem fecerit et homagium ligium ratione monasterii Millebecensis (*vel* Sancti Genulphi) predicti et temporalitatis ejusdem, nos requirimus quatenus ipsum tanquam canonicum nostre ecclesie predicte ratione dicti monasterii, sicut moris est, recipiatis, et de juribus suis respondeatis eidem favorabiliter ac benigne.

Datum etc. (1).

(1) La *Gallia christ.*, t. XIV, col. 119, rapporte d'après Maan, *Sanct. et met. ecclesia Turonensis*, 1re partie, p. 149, que Philippe Blanche confirma l'élection de Géraud, abbé de Saint-Genou, et l'investit des régales. Peu après, cet abbé prêta serment comme chanoine honoraire (1358). — La *Gallia christ.*, t. II, col. 146 et 170, contient une liste très incomplète des abbés de Saint-Genou et de ceux de Meaubec; parmi ceux cités, aucun ne fut le contemporain de l'archevêque Simon Renoul.

## LXXII

### *Littera de homagio Castri Radulphi* (1).

(1202)

Ego Dyonisia, domina et heres Castri Radulphi, omnibus ad quos littere iste pervenerint notum facio quod, cum venerabilis pater Bartholomeus, Turonensis archiepiscopus, post decessum bone memorie mariti mei, Andree de Calvigniaco (2), apud Castrum Radulphi venissset, in aula mea ejusdem castri, sicut archiepiscopo Turonensi debetur de consuetudine, hospitatus, accessi ad eum, presentibus venerabilibus Radulpho Dolensi, Stephano Sancti Gildasii, Petro Sancti Genulphi, Joanne Millebecensi abbatibus, ipsum postulans attentius et exorans, ut, quod pregnans eram et michi ad Turonie partes tutus non patebat viarum transitus, meo gravamini parceret et labori, ibi recipiendo a me hominagium quod heres Castri Radulphi tenetur facere archiepiscopo Turonensi. Domino autem archiepiscopo assensum meis precibus non prebente, ne id in consuetudinem traheretur et ecclesie sue prejudicium generaret, ego, ne ex liberalitate mihi impensa dampnum incurreret, antiquam ita esse consuetudinem recognovi quod heres

(1) Cette pièce se trouve aussi sous le n° XII des deux cartulaires de Londres et de Rome, auxquels sont empruntés les passages entre crochets qui manquent dans Bétencourt. — Elle est imprimée, d'après le cartulaire de Rome, dans l'*Amplissima collectio*, t. I, col. 1035-1037.

(2) Denise, fille de Raoul de Déols, avait épousé en 1189 André de Chauvigny, à qui elle apporta la seigneurie de Châteauroux. André vivait encore au commencement d'août 1202, époque à laquelle il fut fait prisonnier par Jean-Sans-Terre; la *Chronique de Déols* et la pièce publiée ici fixent sa mort avant la fin de l'année 1202, a. s., c'est-à-dire, avant le 6 avril 1203. Cf. *Recueil des hist.*, t. XVIII, p. 246 et Fauconneau-Dufresne, *Histoire de Déols et de Châteauroux* (1873), t. I, p. 223, 239 et 240.

Castri Radulphi [pro faciendo dicto hominagio] tenetur adire archiepiscopi Turonensis presentiam ; archiepiscopus vero ad partes nostras propter hoc accedere non tenetur, et factam mihi tunc de propinquitate loci misericordiam trahi in consuetudinem non debere ; et sie dominus archiepiscopus, gravitati mee et laboribus pie parcens, hominagium a me recepit ; me concedente quod omnia servitia ei facerem, que antecessores mei facere consueverant archiepiscopo Turonensi ; et ipse similiter mihi promisit quod, ea que antecessores sui antecessoribus meis facere consueverant, michi liberaliter exhibebit.

Actum fuit hoc anno gratie MCC secundo, assistentibus domino archiepiscopo magistro Guillelmo Socrates, [Thoma de Sabolis, Philippo de Sancto Ciriaco, Richardo notario ipsius, canonicis Turonensibus ; Guillelmo Boguere, Guillelmo Isoré, Philippo priore Sancti Vincentii, Rogerio presbytero de Lapiche, magistro Johanne Anglico, clericis et pluribus aliis ; michi autem assistentibus cum] predictis abbatibus [Enjorrando priore de Leproso, Guillelmo de Azaio senescaulo meo, Petro Gaurini, magistro Herveo capellano meo, Philippo clerico meo] et aliis pluribus ; [et, ne aliqua in posterum oriatur contencionis materia, id feci presentibus annotari litteris sigilli mei munimine consignatis].

## LXXIII

*Alia littera super dicto homagio Castri Radulfi* (1).

(1205)

Ego Willelmus, comes Sacri Cesaris, dominus Castri

(1) Cette charte est également dans les deux cartulaires de Londres et de Rome, n° XIII. La fin de la pièce depuis *assistentibus* manque dans Bét.

Radulphi, omnibus qui presentes litteras viderint salutem in Domino.

Universitati vestre notum facio quod apud abbatiam Dolensem constitutus optuli domino Bartholomeo, Turonensi archiepiscopo, hominagium quod ei facere debebam, sicut predecessores mei domini Castri Radulphi ei et predecessoribus suis fecerunt; ipse vero dominus archiepiscopus proposuit quod hominagium illud ei facere debebam apud Turones (1) vel in Turonia in domo sua, ubi vellet; quod cum ego, ut justum erat, ei recognoscerem, ad preces meas ibi hominagium meum recepit, salva reemptione sua de feodo illo, de qua voluntati sue satisfaciam, quando ab eo fuero requisitus; ita, quod mihi super hoc ipse pepercerit, a suis successoribus super reemptione illa ego liber sim et immunis. Et ne gratia quam michi fecit, recipiendo hominagium meum in dicto loco, ei vel ecclesie sue prejudiceret [in] posterum, quum teneamur ego et domini Castri Radulphi ire in Turoniam ad predictum hominagium faciendum, presentes litteras ei concessi sigilli mei munimine roboratas, anno gratie MCC quinto, assistentibus venerabilibus R[adulfo] Dolensi et [Arnulpho] Exoldunensi abbatibus, magistro P. de Victo capellano nostro; magistro Bald., magistro Arn[audo] de Metulo, magistro Nicholao de Canda, magistro Richardo, Philippo archipresbytero Transligerino, canonicis Turonensibus; magistro Philippo de Balon canonico Cenomanensi, S. priore Exoldunensi, magistro Raimundo capellano Sancti Dyonisii de Castro Radulpho, Fulcone de Vignol., Petro Garini, Petro Corall., Henrico Leberruier, Galtero Morall., Bernardo de Adob., Raginaldo Boiver, Americo de Fraxelinis et aliis multis.

(1) Bét. : *apud Turonis.*

## LXXIV

*Alia littera super recognitione sommarii cum apparatu, precio III^c solidorum.*

(1218)

Omnibus qui presentes litteras viderint Willelmus, Castri Radulfi dominus, salutem in Domino.

Notum facio universis quod, cum dominus Johannes, Turonensis archiepiscopus, Romam iret, sommarium cum apparatu sibi a me reddi ex debito postulavit, quem ei non reddidi; et, cum super hoc traheret me in causam, confessus fui in jure me dictum sommarium cum apparatu ei et successoribus suis, quociens ierint Romam, debere, pro ipso trecentos solidos me ipsi redditurum promittens, et de ipso reddendo et emenda sibi facienda me ipsius supposui voluntati, qui me in respectum suum bonum posuit de predictis. In hujusmodi autem testimonium veritatis presentes litteras dicto archiepiscopo concessi sigilli mei munimine roboratas.

Actum anno gratie MCC octavo decimo.

## LXXV

*Littera de XVIII libris redditus super terra domini P[etri] de Brocia in parrochia de Perruçon prope Lochas.*

(28 déc. 1278)

Universis etc., officialis archidiaconi Turonensis (1) salutem in Domino.

Notum facimus universis quod, cum religiosi viri prior et conventus de Ligeto, Cartusiensis ordinis, Turonensis diocesis, feodum, jus et dominium que nobilis vir Gauffridus de Paludello, miles, dominus Montis Thesauri, olim habebat et habere solebat in tota decima, tunc Aymerici de Sancto Petro armigeri (2), et in omnibus et singulis fructibus, exitibus seu proventibus et premitiis (3) ac pertinentiis ejusdem decime, ubicumque in tota parochia Sancti Petri de Peruçon constitute, feodumque ejus et dominium que similiter idem miles habebat in omnibus et singulis vineis, terris, domibus et possessionibus, teneuris, ortis, arbustis, tuchiis, censibus et censivis minutis et grossis, terragiis, obliagiis et omnium predictorum sequelis seu appendiciis, coustu-

(1) Bét. : *officialis archidiaconus Turon.* — Les archidiacres eurent des officiaux dès le début du XIII[e] siècle. Cf. Fournier. *Les officialités au moyen âge* (1880), p. 10 et 293.

(2) Cf. Bibl. nat., Hous., t. VII, n° 3270, la copie abrégée d'un acte de Guillaume, archiprêtre de Loches (17 mars 1274, n. s.), relatif à la vente dont il est question dans notre pièce. Cette vente fut faite par Aimeri de Saint-Pierre de Perruçon et sa femme à la Chartreuse du Liget moyennant 290 l. t.

(3) Bét. : *promiciis;* mais plus bas on trouve : *premitiis.* — Hous., *primitiis.*

miis, redibenciis, explecturis, jurisdictione, districtu, et etiam in aliis quibuscumque juribus et rebus, redditibus seu exitibus (1), quos dictus Aymericus de Sancto Petro armiger tunc habebat et habere poterat et debebat, tam in] villa et territorio de villa dicta Bodin (2), quam etiam alibi ubicumque in omnibus et singulis territoriis et locis existentibus infra fines seu limites decime supradicte, ac etiam feodum, jus et dominium totius prati, tunc ejusdem Aymerici, situm in territorio du Meis, juxta aquam que dicitur Aindre ex una parte, et juxta terram et prata abbatie Belli Loci ex altera, in parochia Sancti Johannis super predictam Aindre, ipsis religiosis a dicto milite collata in eleemosina, sive data, possidenda et explectanda ab ipsis religiosis in perpetuum, pleno jure possessionis et proprietatis, una cum universis et singulis predictis hereditarie, libere et quiete ; ac insuper decimas bladi, vini, agnorum, animalium, canaborum, leguminum, et aliarum quarumcumque rerum, fructusque, exitus (3) seu proventus, premitias (4) et pertinentias earumdem terrarum, tam in villa et territorio de villa dicta Bodin, quam etiam alibi in territoriis et locis existentibus ubicumque infra fines seu limites parochie Sancti Petri de Peruçon, in feodo ipsorum religiosorum, quod fuit Gaufridi de Paludello militis supradicti ; decimam insuper terrarum et vinearum, quas dictus Aymericus de Sancto Petro et Saturnina ejus uxor in manu sua habebant et colebant (5), seu habituri erant et culturi in posterum, vel eorum nomine aliusquilibet, in parrochia et feodo supradictis, decimasque universas et singulas, presentes et futuras, cum omnibus et singulis fructibus, exitibus seu proventibus, premitiis (6) ac pertinentiis earumdem,

(1) Bét. : *existibus.*

(2) Dans l'acte conservé par la collection de dom Housseau, ce lieu est appelé : *Vallis dicta Bodin.*

(3) Bét. : *existus.*

(4) Bét. : *promicias.* Cf. note 3 de la page précédente.

(5) Bét. : *collebant.*

(6) Bét. : *promiciis.*

quas dicti Aymericus et ejus uxor habebant et detinebant, vel habere seu detinere consueverant, ubicumque in omnibus et singulis possessionibus et rebus infra fines et limites totius predicte parrochie de Perruçon constitutis, excepta tantummodo (1) decima dou Pozat, illa videlicet dumtaxat, quam dictus Aymericus a Joberto du Chastellier (2) armigero (3) dicebatur tenere in feodo et habere, ipsis religiosis a dictis conjugibus vendita; ac etiam pratum predictum du Meys censusque grossos et minutos, censivas, terragia et obliagia, ac earumdem rerum sequelas et pertinentias, seu appendicia, coustumas, redibentias, explecturas, jurisdictionem, districtum et alia quecumque jura que dicti Aymericus et Saturnina ejus uxor habebant et habere poterant ubique, infra fines sive limites predicte parrochie Sancti Petri de Perruçon, in feodo memorato, ipsis religiosis a dictis conjugibus similiter vendito, non possent nec deberent ipsi religiosi, secundum approbatam consuetudinem, contra reverendi patris Johannis, Dei gratia archiepiscopi Turonensis, in cujus retrofeodo sita sunt omnia et singula supradicta, consensum seu voluntatem tenere, nec etiam decim et octo libras turonensium (4) annue firme, ad quam firmam ipsi religiosi, post venditionem sibi de predictis (5) a dictis conjugibus factam, omnia et singula sibi vendita supradicta predictis conjugibus tradiderant, percipere vel habere; ymo juxta consuetudinem predictam, predicta omnia extra manum suam ponere tenerentur; idque contra ipsos religiosos, ad hoc in curia seculari ipsius domini archiepiscopi vocatos, et per Michaelem presbyterum, procuratorem suum litteratorie destinatum, in propria curia comparentes, in curia ipsa judicatum

(1) Sic : Hous. — Bét. : *tamen modo.*
(2) Hous. : *Joberto dou Chastellier.*
(3) Bét. : *armigerio.*
(4) Bét. : *turonenses.*
(5) Bét. : *de primis.*

fuisset, prout memorati religiosi coram nobis, ad id ad prioratum ipsorum de Ligeto predictum personaliter accedentibus, premissa omnia et singula sibi a nobis diligenter exposita confessi sunt;

Iidem vero prior et conventus, coram nobis in ipsorum capitulo constituti, attendentes, ut asserebant, utilitatem ipsorum et prioratus eorum predicti, consensu unanimi, dimiserunt coram nobis et concesserunt predicto reverendo patri archiepiscopo Turonensi perpetuo et hereditarie, pretio novies viginti librarum turonensium, sibi, ut confessi sunt, pro redemptione decimarum, premitiarum, fructuum, exituum, et omnium aliorum predictorum, plenius in numerata pecunia persoluto, totam firmam annuam decem octo librarum predictam, et totum quicquid juris, proprietatis et dominii ipsi religiosi habebant et habere porterant in omnibus et singulis supradictis, prout in litteris super hoc confectis plenius dicitur contineri, feodis, decimis, premitiis, fructibus et exitibus earumdem, ac omnibus aliis et singulis supradictis, ratione donationis tam venditionis et firme traditionis superius expressarum, quam etiam alia de causa quacumque, ad faciendum exinde ab ipso archiepiscopo et ejus successoribus suam perpetuo omnimodam voluntatem, cedentes omnia jura etc.

Datum et actum die mercurii post Nativitatem Domini, anno ejusdem M° CC° septuagesimo octavo.

## LXXVI

*Littera acquisitionis XXII sextariorum frumenti ad mensuram Sancti Aniani, et XX solidorum debitorum annuatim apud Bleré ab hominibus de Luzilleio* (1).

(ENTRE LE 5 ET LE 30 AVRIL 1265)

Universis etc., officiales curie archidiaconi et archipresbyteri Turonensium salutem in Domino (2).

Noveritis quod in nostra presentia constitutus Gauffridus de Marolio, miles, recognovit se vendidisse et vendidit (3) coram nobis pretio C librarum turonensium, eidem militi plene (4) persoluto, viginti duo sextaria frumenti ad mensuram Sancti Aniani et XX solidos turonensium annui redditus, in quibus eidem tenebantur Petrus Lorceau, Bartholomeus de la Rayniere (5) et alii homines de territorio de Luzilleio, reverendo patri Vincentio, Dei gratia archiepiscopo Turonensi, ab ipso ejusque successoribus pacifice possidenda, cedens etc.

Datum mense aprilis, anno gratie millesimo CC sexagesimo quinto (6).

(1) L'année 1265, ancien style, commence le 5 avril 1265 et se termine le 28 mars 1266, n. s.

(2) Une copie de cette charte, d'après les titres de la cathédrale de Tours, se trouve à la Bibl. nat., Hous., t. VII, n° 3062; elle commence ainsi : *Universis etc., officialis etc. Noveritis.* — Bét. porte : *Universis etc., officiales curie archidiaconi et archipresb. Turon. salutem.*

(3) Hous.: *vendidit.* — Bét. : *vendit.*

(4) Hous. : *plenarie.*

(5) Hous. : *Petrus Boléreni, Bartholomeus de la Rapiniere.* Cf. pièce suivante.

(6) Hous. donne la date : M°CC°L<sup>mo</sup> *quinto*, évidemment fautive, car l'archevêque de Tours était, en 1255, Pierre de Lamballe.

## LXXVII

*Alia littera super eodem.*

(MÊME DATE)

Universis etc., officiales, *ut supra.*

Noverint universi quod in nostra presentia constituti P. Botereau, Bartholomeus de la Rayniere (1), Michael dictus Vennes, et LXXIII alii in hujusmodi litteris nominati, concesserunt et promiserunt se in perpetuum reddituros reverendo patri Vincentio, Dei gratia archiepiscopo Turonensi, et ejus successoribus duo modia frumenti, ad mensuram de Bler[e]io solvenda quolibet anno apud Blereium die dominica proxima post festum Omnium Sanctorum, propriis vecturis, sumptibus et expensis hominum predictorum ; et viginti solidos turonensium redditus apud predictum locum in festo beati Illarii pro viginti duobus sextariis frumenti ad mensuram Sancti Aniani ; et XX solidos turonensium annui redditus que petebat a prefatis hominibus Gauffridus de Marolio, miles, et in quibus procuravit idem dominus archiepiscopus dictos homines quittari et liberari et obligaverunt dicti homines se et omnia bona sua.

Datum, *ut supra.*

(1) Cf. pour ces deux noms la pièce précédente.

## LXXVIII

*Littera acquisitionis quinque solidorum qui olim debebantur super decima de Luzilleio.*

(1271-1285?)

Et est sciendum quod Philippus de Nazeriis, valletus, vendidit bone memorie domino Johanni, quondam archiepiscopo Turonensi (1), pretio quindecim librarum, quinque solidos annui redditus seu servitii, quos ipse Philippus dicebat se habere annuatim, in die dominica post festum sancti Mauritii, super quadam decima et ejus fructibus existentibus in parrochia de Luzilleio, in feodo dicti Philippi, que decima vocatur decima de Rocha, que decima nunc ad archiepiscopatum Turonensem dicitur pertinere; et super hoc sunt littere confecte, videlicet de venditione servitii seu redditus supradicti.

## LXXIX

*Littera per quam dominus archiepiscopus habet annuatim VI modios frumenti redditus super terram domini de Verez.*

(14 avril 1342)

Saichent presens et avenir que personnellement establi en droit, en la court le roy a Tours, noble homme monseigneur (2) Guillaume Trousseau, chevalier, sire de

(1) Jean de Faye (1208-1228) ou plutôt Jean de Montsoreau (1271-1285).

(2) Ici et ailleurs le cartulaire de dom Bétencourt porte à tort : *monsieur*, terme inusité au XIVe siècle.

Verez, heir en partie et fils ainsné de feu monseigneur Pierre T[r]ousseau, jadis chevalier et seigneur de Verez ou temps qu'il vivoit, a congneu et confessé en droit en la cour le roy, de son bon gré et de sa bonne volonté, que comme ja pieça fust meue question entre homme de bonne memoire feu monseigneur Geffroy de la Haie, jadis arcevesque de Tours (1), par nom et par raisson de son arceveschié de Tours d'une partie, et ledit feu monseigneur Pierre Trousseau, chevalier, adonques sire de Verez d'autre partie :

Sur ce que ledit arcevesque disoit et affirmoit ledit feu monseigneur Pierre Trousseau, sire de Verez, estre tenus chacun an a l'arcevesque et a l'arceveschié de Tours, sur la terre et pour raison de la terre de Verez et les appartenances, et des terres, fiez, et homages dudit lieu, exemplez de nouveau, en cinq muis de seigle bon et nouvel a la mesure de Cormeri d'annuel et perpetuel rente en la feste de saint Michel; ledit monseigneur Pierre en celui temps affirmant le contraire en disant que, ja soit ce que les cinq muis de seigle de rente dessusdis fussent deus audit arcevesque et l'arceveschié de Tours sur les devant dites terres exemplées de nouveau, ledit chevalier ne les devoit pas, ne n'y estoit pas sa terre de Verez obligée, mes les hommes estagiers de ladite terre de Verez et autres qui lesdits exemplées tenoient et poursoient, et les devoient par chacun an audit arcevesque et arceveschié de Tours;

Item, sur ce que ledit monseigneur Pierre, au temps qu'il vivoit, disoit et affirmoit que il, tant comme sire de Verez, avoit et devoit avoir sa chace en ses bois de Verez et y povoit chacer a toutes grosses bestes rouges et noires, et a toutes autres quelconques, et que ledit arcevesque l'empeschoit sur ce indebuement; ledit arcevesque, pour le temps, disant et affirmant le contraire, et disant que, ja soit ce que ledit chevalier peust chacer

(1) Geoffroy de la Haye, élu archevêque de Tours en 1312, † 6 avril 1323.

audit bois au conins (1) et au lievres, toutevois aux grosses bestes rouges et noires n'y povoit il, ne devoit, chacer, mes audit arcevesque tant solement, et pour le tout, appartenoit la chasse audites grosses bestes esdis bois de Verez, si comme en ses propres bois et domaines de Brussenay ;

Finalement apres plusieurs altercations et controversies eues sur ce, et apres plusieurs traitiés de paix eus entr'eux, lesdis arcevesques et monseigneur Pierre amenés a ce par le conseil de prudes hommes, et o l'assentement du chapistre de Tours, consideré et attendu le proufit de l'une partie et de l'autre, vindrent à cette paix, transaction et concorde sur les chouses dessusdites :

C'est assavoir, que ledit chevalier vost et ottroia que luy et ses heirs et ses successors, seigneurs de Verez, pour les cinq muis de seigle de rente dessusdis a lui demandés de la partie dudit arcevesque, fussent seulement tenus et obligés perdurablement a mes tousjours rendre, parfaire et paier par chacun an audit arcevesque et a ses successours, arcevesques de Tours, en la feste de saint Michel, quatre muis de froment bon, nouvel et loial, d'annuel et perpetuel rente, a la mesure de Cormeri dessusdite, sur la terre de Verez et sur ses appartenances, et a ce obligea et chargea ledit monseigneur Pierre ladite terre de Verez et ses appartenances, et vost et ottroia demourer perdurablement a ce obligées et chargées, toutesvois sous les accors et convenances ci-dessous escriptes ;

Et que ledit arcevesque, o l'accort de son chapistre, vost et ottroia audit chevalier et a ses successeurs, seigneurs de Verez, de lors en avant auroient perdurablement leur chace esdis bois et terre dudit chevalier de Verez, et par eux et leurs gens pourroient chacer dedans lesdis bois et terre dudit chevalier de Verez a toutes bestes rouges et noires, et autres queles qu'elles

(1) Bétencourt porte ici *covins* et plus bas *couvins*.

soient, et commant que elles soient nomées ou appellées, et prandre dedans lesdis bois et terre lesdites bestes et faire haies et tesures pour les prandre ; neantmoins la chace desdis bois et terre de Verez demeurent audit arcevesque et a ses successeurs, a toutes grosses bestes rouges et noires, et autres queles qu'elles soient, toute fois que il ly vendra chacer par soy ou par ses gens esdis bois et terre dudit chevalier, en telle maniere que ledit arcevesque, ne autre par cause de luy, ne pourront rien coper ne prendre esdis bois de Verez pour y faire hayes ne tesures a prendre lesdites bestes, sens l'assentemant dudit sire de Verez qui sera pour le temps ; laquelle chace et venacion au bestes dessusdites, comme dit est, si comme a confessé ledit monseigneur Guillaume Trousseau, ledit arcevesque bailla et octroia audit chevalier et a ses heirs en telle maniere que ycellui chevalier et ses heirs et successeurs, seigneurs de Verez, pour avoir leur chasse esdis bois et terre dudit chevalier de Verez a tousjours mes pasiblement, seroient tenus a rendre et paier perdurablement a tousjours mes a heritage audit archevesque et a ses successours, arcevesques de Tours, sur ladite terre de Verez et ses appartennaces un muy de fromant bon, nouvel et loyal, a ladite mesure de Cormeri, d'annuel et perpetuel rente, au jour de la saint Michel chescun an, laquelle terre de Verez o ses appartenances ledit feu monseigneur Pierre a ce obligea et chargea dessous les convenances et accors qui s'ensuivent ;

Confessant et affermant encores o tout ce ledit monseigneur Guillaume en ladite court le roy que comme ledit arcevesque, par nom et par raison de son arceveschié, eust en la paroisse de Verez, jouxte la garanne a connins dudit chevalier, ou fié et en la justice dudit arcevesque de Tours, une petite piece de bois appellée le Coudray, et une petite piece de pré et saulaie sise soubs ledit bois, contenans toutes ces choses dix quartiers de terre ou environ tant en bois comme en prés et saulaie, lesquelx bois, pré et saulaie estoient

venues et descendues de nouvel a l'arceveschié de Tours et li estoient aquises pour debetes; c'est assavoir : le bois de feu Girart Huget et ledit pré et saulaie de feu dit Mirepié Mosnier; et lesquelles choses aportoient, et pourroient aporter ou temps avenir, mout pou de prouffict audit arcevesque et a son arceveschié, et par lesquelles choses peust ou temps avenir estre brigue et dissention, par raison de ladite prochaineté de la garenne dudit chevalier a connins, entre les arcevesques de Tours et les seigneurs de Verez pour le temps avenir; ledit arcevesque, o l'assentement de son chapitre de Tours, consideré et esgardé le proufit de son eglise et de son arceveschié, bailla, lessa et octroia audit feu monseigneur Pierre et a ses successeurs, seigneurs de Verez, et ledit monseigneur Pierre pour lui et pour sesdis heirs et successours, seigneurs de Verez, prist dudit arcevesque, toutevois se il plesoit au saint siege de Rome, lesdites pieces de bois appelé Coudray, de pré et de saulaie, si comme ils se poursuivent, eus en la maniere dessus devisée desdis feu Girart et Mirepié a tousjours mes, a heritage pour un mui de froment bon, nouvel et loial, a la dite mesure de Cormeri, d'annuel et perpetuel rente rendable dudit monseigneur Pierre et de ses heirs et successeurs, seigneurs de Verez, audit arcevesque et a ses successeurs, arcevesques de Tours, au jour de la feste saint Michel, chacun an, a tousjours mes, et que ou muy de froment d'annuel et perpetuel rente dessusdite rendre, poier et parfaire audit arcevesque et a ses successeurs arcevesques de Tours audit terme chacun an pour le temps advenir, ledit feu monseigneur Pierre obligea et chargea sadite terre de Verez et les appartenances et les teneurs et possessours d'icelle sur les convenances et accors cidessous devisés;

Et que ledit monseigneur Pierre promit et octroia expressement audit arcevesque empetrer et procurer a ses propres couts et depens, sur les chouses dessusdites,

l'assentement du saint siege de Rome, si et en tant comme mestier seroit;

Disant et affermant en ladite cour le roy ledit monseigneur Guillaume Trousseau en faisant se fut expressement convenu et accordé en la paix, transaction, composition et baille a rente perpetuel dessusdit, que touttefois que ledit monseigneur Pierre, ou ses heirs, ou ses successeurs, seigneurs de Verez, pourroient acquere ou acqueroient es fiés ou rerefiez de l'arceveschié de Tours et paroisses et terrouers de Vernou, de Larçay, d'Artanne, d'Auson et de Tours, ou en l'un d'iceulx lieulx, six muys de froment bon, nouvel et loial, a ladite mesure de Cormeri, d'annuel et perpetuel rente, bien assis et assignés, et yceulx six muys de froment de rente a ladite mesure, ainssy acquis bien assis et assignés, esdis fiez ou rerefiez, si que il ne puisse deperir ne mourir, baudroient et assigneroient audit arcevesque et a ses successeurs, arcevesques de Tours, pour les autres sis muys de froment de rente dessusdis, auquelx les seigneurs de Verez et les terres de Verez et appartenances estoient et sont tenus et obligés audit arcevesque et arceveschié de Tours; ledit arcevesque pour le temps seroit et sera tenu prandre les six muys de froment de rente dessusdis, ainssi comme dessus est dit, ly seront baillés et assignés, et du temps de ladite baille et assignation fecte audit arcevesque pour le temps de ladite rente, comme dit est, par le seigneur de Verez, pour le temps ensuyvent, ycelui seigneur de Verez et ses successeurs, seigneurs de Verez, ladite terre de Verez et ses appartenances pour le temps d'ilecques ensuyvent et avenir demouroient quictes et delivrés, tousjours mes perdurablement, de la charge et paiement des six muys de froment de rente dessusdis, auxquielx estoient et sont obligés lesdis seigneurs de Verez audit arcevesque et a ses successeurs pour la composition et les autres chouses dessusdites.

Et comme du temps dudit feu monseigneur Geuffroy de

la Haye, jadis arcevesque de Tours, ne fussent pas faites et ordonées les lettres de la composition et autres choses dessusdites, pour ce que quant l'en les deut faire il trespassa de cest siecle en l'autre, et jusques a incontinent a esté differée l'ordination d'icelles lettres, si comme ledit monseigneur Guillaume a confessé en ladite court; lequel monseigneur Guillaume, volent garder et enteriner les fais et promesses dudit feu monseigneur Pierre, son pere, a confessié en ladite court le roy que il a oyes et entendues, et li ont esté leus de mot a mot, les accors, paix, transaction, bailles et prinses, et toutes les chouses dessusdites, et les confesse estre vrais, et les vieust et octroie, loue et conferme, approuve et ratifie en tout et par tous articles, et confesse o tout ce en ladite court les avoir toutes et chacunes renouvelées, faites et accordées aveques reverent pere en Dieu, monseigneur Pierre, par la grace de Dieu arcevesque de Tours a present, et encore les fait accorde et renouvelle, et confesse que ainsi les fist et accorda aveques ledit monseigneur l'arcevesque a present des le mercredi empres la saint Bartholomé darnierement passée (1), et encore les vieust et octroie, loue, conferme, approuve et ratifie par tous les articles, de certaine science et de sa bone volenté, et a promis par la foy de son corps sur ce donnée que encontre ne vendra, ne venir ne fera par soy ne par autre, en tout le temps avenir. Et a tout ce dessus tenir, garder, sigre, acomplir et enteriner par tous articles et de non venir encontre, ledit monseigneur Guillaume, par sadite foy, sur ce donnée, oblige soy, ses hoirs seigneurs de Verez et leurs successeurs, et toute sa terre de Verez o toutes ses appartenances, espicialement et generalement tous ses autres biens presens et advenir, et de cest meismes fait ledit monseigneur Guillaume a donné unes autres lettres de la court l'arcediacre de Tours.

(1) 29 août 1341.

Donné le dimenche de *Jubilate,* quatorziesme jour d'avril, l'an de grace mille trois cens quarente deux (1).

## LXXX

*Concordia inter bone memorie Richardum, regem Anglie et comitem Andegavensem, ac Bartholomeum, archiepiscopum Turonensem, facta* (2).

(28 MARS 1190)

Ego Ricardus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannie, Aquitanie, comes Andegavie (3), et ego Bartholo-

(1) Ces divers éléments ne concordent pas; en 1342, le dimanche de *Jubilate,* c'est-à-dire le troisième dimanche après Pâques, fut le 21 avril. En 1353, seulement, ce dimanche tomba le 14 avril.

(2) Cette charte se trouve transcrite dans six des sept registres de Philippe-Auguste : 1° Registre A (Vatican, Ottoboni, 2796), fol. 44 v°. Ce registre a été reproduit en fac-similés : *Le premier registre de Philippe-Auguste. Reproduction héliotypique du manuscrit du Vatican, exécutée par A. Martelli, publiée par L. Delisle.* 2° Registre B (Arch. nat., JJ, 8; anciennement Bibl. nat., fonds des Cartulaires, n° 172, 1re partie), fol. 49. 3° Registre C (Arch. nat., JJ, 7; anciennement Bibl. nat., fonds des Cartul., n° 172, 2° partie), fol. 70, v°. 4° Registre D (Arch. nat ., JJ, 23, anciennement Bibl. nat., fonds franç. 9852, 2 ou 9852, A), fol. 90. 5° Registre E (Arch. nat., JJ, 26, anciennement Bibl. nat., f. franç. 8408, 2. 2, B.), fol. 129. 6° Registre F (Bibl. nat., fonds lat. 9778; anciennement fonds franç. 9852, 3), fol. 100. — Ces divers textes paraissent tous dériver du premier, le registre A, dont on a relevé ici les principales variantes. — Le ms. lat. 17047 de la Bibl. nat. contient, p. 107, une copie de cette pièce, d'après un des registres de Philippe-Auguste. Un court fragment en a été imprimé, d'après la même source, dans la *Gallia christiana* de 1656, t. I, p. 770. — Cet accord se trouve aussi dans la collection dom Housseau à la Bibl. nat., t. V, n° 2040; la copie communiquée par M. Bouin, lieutenant général au baillage de Chinon, dérive vraisemblablement du *Liber albus*; on y a joint des variantes empruntées à un des registres de Philippe-Auguste. — Enfin la pièce qui nous occupe forme le n° VII des deux cartulaires de Londres et de Rome. — On trouvera également dans le texte publié ici quelques variantes empruntées aux diverses copies de la confirmation de cet acte par Philippe-Auguste, notamment au ms. de Tours 1271, *Liber compositionum* et au texte imprimé par Chopin. Cf. ci-dessous, n° LXXXI.

(3) Le cartulaire de dom Bétencourt porte : *Richardus, Dei gratia rex*

meus, Turonensis ecclesie minister humilis, omnibus tam futuris quam presentibus, ad quos littere iste pervenerint, notum facimus, quod contentio diutius habita fuerat (1) inter antecessores nostros, comites videlicet Andegavenses et Turonenses archiepiscopos, super quibusdam consuetudinibus et redditibus de Turonis, de Caynone, de Marchaio, de Ablevia ; tandem, cum ventum esset ad tempora nostra, per assertiones hominum utriusque nostrum antiquorum et juratorum, terminata et sopita fuit contentio illa in hunc modum.

Apud Caynonem, recipient omnes consuetudines et emendas equaliter prepositus archiepiscopi et prepositus comitis, ita quod neuter expectabit alterum ad recipiendum, nisi quando (2) fuerit ibi doneia vel commendesia, et tunc prepositus archiepiscopi non recipiet sine preposito comitis ; nichilominus tunc (3) habebit archiepiscopus dimidiam partem in omnibus, preter quam in emenda doneie et commendesie ; quecumque (4) emenda forifactorum facta fuerit, vel pro pedagio, vel pro alia consuetudine, dimidiam partem habebit archiepiscopus (5) et dimidiam comes ; prepositi et servientes receptores reddituum inter se erunt per fidem quod legitime se habeant de omnibus que recipient.

Eodem modo erit apud Marchaium et apud pontem

*Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, comes Andegavensis.* Nous avons rétabli les formules, d'après M. Deville, qui dit que, dans le protocole de ses chartes royales, Richard Cœur-de-Lion s'exprime invariablement ainsi : *Ricardus, Dei gratia, rex Anglorum, dux Normanniæ, Aquitaniæ, comes Andegaviæ.* (Bibl. nat. lat. nouv. acq. 1244, f. 5 v°.) — Quant au reg. A, il porte seulement : *Ric., Dei gratia rex Angl., dux Norm., Aquitan., comes And.* — Dans une charte originale de Richard, du 9 juin 1190, on lit : *Ric., Dei gratia rex Angl., dux Normann., Aquit., comes Andeg.* (Bibl. nat., fr. nouv. acq. 6191, f. 2.) ; une autre charte originale du 5 juill. 1190, débute ainsi : *Ric., Dei gratia rex Angl., dux Norm., Aquit., comes And.* (Bibl. nat., Clair. t. V, n° 34, f. 179).

(1) Reg. A : *fuit.*

(2) Reg. A. : *nisi quando.* — Bét. : *nisi quum.*

(3) Reg. A. : *nihilominus tamen.*

(4) Sic : Reg. A., 1271 et Hous. — Bét. : *quicumque.*

(5) Bét. : *episcopus.*

Ablevie per totam septimanam, preter quod (1) in die jovis; recipient prepositi, vel eorum servientes jurati, omnes consuetudines communiter, tam in aqua, quam in terra; recepta ponentur, sicut solitum est, in pixide firmata duabus clavibus, quarum unam habebit prepositus archiepiscopi et alteram prepositus comitis; die jovis, quando forum est, alter habebit totam receptionem terre, alter totam receptionem aque, et fiet alternatim mutatio singulis octo diebus, ut, qui una die jovis terre receptionem habuerit, alia die jovis aliam aque habeat. Omnes aque et insule, tam supra pontem quam infra, sunt communes archiepiscopi et comitis; verumptamen in aquis que sunt supra pontem habet archiepiscopus combros, et non comes; et in aquis que sunt infra pontem habet comes combros, et non archiepiscopus. Exclusas novas in quacumque parte aque, nec archiepiscopus sine comite, nec comes sine archiepiscopo facere potest. Comes habuit unam exclusam in aqua, quam dedit monialibus Fontis Ebraldi. Archiepiscopus aliam habebat [exclusam] (2), que vetustate destructa est; illam potest renovare archiepiscopus libere quando voluerit.

Proprii servientes archiepiscopi, videlicet prepositus de Marchaio, prepositus de Caynone, tabernarius, furnarius, duo forestarii de Cheners (3), nec exercitum, nec cavaucheiam (4), debent comiti. Duella, tam de Marchaio, quam de Cainone, sunt archiepiscopi, si fuerint inter homines suos ; et solent fieri in espaulo apud Cainonem, et presentia et campus sunt archiepiscopi, et potest eos ducere archiepiscopus quo voluerit. Et, si duellum fuerit inter hominem comitis et hominem

(1) Reg. A. : *preter quam.*

(2) Ce mot est dans le reg. A et manque dans Bétencourt.

(3) Bét. porte ici et ailleurs : *Chevers.* — Le *Lib. compos.* donne ici : *Chenefs*, et dans les autres passages : *Cheners.* — Il s'agit des Grand et Petit Chéniers, commune de Cheillé (Indre-et-Loire).

(4) Bét. donne : *canancheiam.*

archiepiscopi, duellum fiet apud Cainonem; nec archiepiscopus, nec comes, duellum tale extra castellariam Cainonis faciet fieri. Uterque autem de propriis hominibus duellum faciet fieri ubi voluerit. Verum, si homo archiepiscopi conquestus fuerit de homine comitis preposito comitis, vel ipsi comiti, et duellum adjudicatum fuerit, duellum erit comitis; et, si homo comitis conquestus fuerit preposito archiepiscopi, vel archiepiscopo, de homine suo, et duellum fuerit adjudicatum, duellum similiter erit archiepiscopi. Latrones in terra archiepiscopi capti apud Cainonem, vel apud Marchaium, vel apud Cheners, sunt archiepiscopi, nisi capti fuerint in via Paaiau (1). Omnes homines legii comitis de Marchaio et de Cainone, si mansionarii fuerint in terra archiepiscopi, per eum omnino parebunt justitie et servient ei secundum teneuras quas habebunt ab archiepiscopo, sicut alii homines sui, et reddent (2) ei presentia et districta de duellis et taillias, sicut alii; et ceteri, etiam si mansionarii non fuerint, secundum teneuras quas habebunt ab archiepiscopo servient ei, sicut fecerunt antecessores eorum qui easdem teneuras antea habuerunt; similiter facient comiti homines archiepiscopi.

Dixerunt etiam iidem jurati quod Bonus Amicus et filii sui sunt proprii homines archiepiscopi, nec debent tallias comiti; adjecerunt (3) etiam se vidisse quando nulla garena erat in terra archiepiscopi, juxta castrum Cainonense, sed facta fuit a Gauffrido, fratre bone memorie Hanrici (4), illustris Anglorum regis (5), contra prohibitionem Engilbaudi, archiepiscopi Turonensis (6). Et (7)

(1) Sic : Reg. A. et Bét. — Chopin : *Peageau*. — Hous. : *Paria*; et en variante : *Paujan*.

(2) Bét. : *reddunt*.

(3) Sic : Reg. A., 1271 et Hous. — Bét. : *addicerunt*.

(4) Reg. A. : *a Galfrido, fratre bone memorie Henrici*.

(5) Geoffroy, né le 3 juin 1134, † 7 juillet 1157, second fils de Geoffroy IV Plantagenet, comte d'Anjou (†7 sept. 1151), et frère du roi d'Angleterre Henri II.

(6) Engebaud de Preuilly, archevêque de Tours de 1147 à sept. 1156.

(7) Ce mot manque dans Bétencourt et Housseau.

statutum est postmodum, tempore Joscii archiepiscopi (1), de voluntate jam dicti regis, quod tota garena esset communis inter archiepiscopum et comitem; et viderunt quod bone memorie Joscius archiepiscopus et idem rex Anglie suos in ea servientes proprios posuerunt, archiepiscopus Rabastenum, et rex Ernaudum de Parilleio (2), qui equaliter diviserunt emendas et forifacta et quecumque de garena proveniebant.

Preterea nemus de Tilleto omnino commune est inter comitem et archiepiscopum, et archiepiscopus ad omnia necessaria, tam ad domos, quam ad alia construenda ubicunque voluerit, potest et debet uti, et comes similiter. Pasnagium quoque commune est inter ipsos, ita quod neutrius (3) prepositus sine alterius consensu aliquid inde dare vel vendere debet, et forifactum de pasnagio similiter est commune. In eodem nemore, habet archiepiscopus venationem, per se vel per suos, quotiens voluerit, et similiter comes. Et, si archiepiscopus in eodem nemore bestiam moverit per illud, et per forestam, etiam que est comitis, et ubicumque voluerit, insequetur. Similiter habet archiepiscopus venationem suam in garena per se vel per suos. Archiepiscopus in ipso nemore duos forestarios de Cheners habere debet qui de nemore mortuo suam debent facere voluntatem, et de vivo ad suos usus ita quod non dent neque vendant (4); et alii duo forestarii quos similiter comes ibi debet et potest habere. In forifactis nemoris habet dimidiam partem comes, tam in sexaginta solidos de quercu, quam in aliis forifactis. De branchiis nemoris

(1) Josce, archevêque de Tours, transféré de Saint-Brieuc en 1157, mort en 1173 ou 1174.

(2) Reg. A. : *Raxbasteium... Ernaudum de Parileio.* — 1271 dans la confirmation porte : *Rabaasteium... Ernaudum de Parileio.* — Bét. : *Rabastenum ... Ernaudum de Pruilleio.* — Hous. : *Rabastrum... et Ernaudis de Paraleio.*

(3) Bét. : *neuterus.*

(4) Sic : Reg. A. — Bét : *vendent.* — 1271 : *ita quod nec debent dare nec vendere.*

capicerius Cainonensis et prepositus archiepiscopi calefagium habent uterque cum duobus asinis, nec inde aliquid possunt dare vel vendere, et similiter prepositus comitis de Cainone.

Apud Turones (1), consuetum est quod mercatores qui veniunt de versus Venciacum, si consuetudinem reddiderint (2) preposito archiepiscopi, quietus erit redditor; et, si reddiderint (3) eam preposito comitis, redditor similiter quietus erit. Et, si pro retenta consuetudine facta fuerit emenda (4), archiepiscopus medietatem suam similiter habebit in emenda, sicut in consuetudine. Prepositus etiam archiepiscopi et prepositus comitis per fidem erunt inter se quod fideliter super hoc se habeant. Ad naves que veniunt, tam per Ligerim, quam per Carum (5), similiter venient prepositus comitis et prepositus archiepiscopi, et neuter debet venire sine altero ; prepositus autem archiepiscopi prior estimabit naves, et postquam estimaverit prepositus comitis nullam postea poterit relaxationem facere sine eo. Mercatores qui veniunt cum annona de ultra Ligerim non poterunt descendere donec in aream archiepiscopi, et si forte transire non potuerint, vel propter aquarum inundantiam, vel propter aliud manifestum impedimentum, mina archiepiscopi deferetur ad eos.

In nemore Esplente, potest et debet archiepiscopus venari et in dominico similiter nemore suo de Brussegneio (6); et, si moverit in eodem nemore bestiam, eam per nemus comitis, et quocumque voluerit, insequetur.

Ad tollendam igitur super his omnibus de cetero inter nos et successores nostros omnem contentionis et

(1) Bét. : *Turonis*.
(2) Bét. : *reddiderunt*.
(3) Bét. : *reddiderit*.
(4) Reg. A. ici et ailleurs : *amenda*.
(5) Bét et Hous. : *Quarum*.
(6) Sic : Bét. et Hous. — Reg. A. : *Brunsegneio*. — 1271 : *Bruscheigneio*.

oblivionis materiam, et volentes hec a successoribus et ab hominibus nostris imperpetuum conservari, hoc ita factum conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari, testibus Galterio, Rothomagensi archiepiscopo, et Guillelmo, episcopo Heliensi, domini regis cancellario; salvis capitulis aliis, que nundum sunt ad plenum terminata.

Datum per manum G[uillelmi], Heliensis episcopi, tunc cancellarii, XXVIII die martii, regni nostri anno primo, apud Gisortium (1).

## LXXXI

*Confirmatio regis Francie super eodem* (2).

([JUILL.] 1190)

Philippus, Dei gratia Francorum rex, omnibus tam futuris quam presentibus ad quos littere iste pervenerint salutem in Domino.

Cognovimus, ex litteris dilectorum et fidelium nostrorum Richardi videlicet Anglie regis et Turonensis archiepiscopi Bartholomei, quod contentio olim habita fuerat inter antecessores eorum, comites scilicet Andegavenses et archiepiscopos Turonenses, super (3) quibusdam

(1) La date du lieu manque dans le reg. A.

(2) Cette confirmation se trouve aussi dans le ms. 1271 de la Bibl. de Tours, *Liber compositionum*, f. 53 (=Copie de la Bibl. nat., lat. nouv. acq. 1183, p. 362) et dans les deux cartulaires de Londres et de Rome, charte n° VIII. — Une copie, ayant probablement pour source le *Liber albus*, est contenue dans le t. V de la collect. Housseau, n° 2040 *bis*. — Un fragment est imprimé dans Choppin, *De sacra politia forensi libri IV*, livre III, titre VII, § 5 (édit. de 1609, p. 605; édition de 1634, p. 417). — Cf. L. Delisle, *Catalogue des actes de Philippe-Auguste*, n° 320, où cette pièce est attribuée au mois de juillet.

(3) Ce mot manque dans Bétencourt.

consuetudinibus et redditibus de Turonis, de Cainone, de Marchaio et de Ablevia; tandem, cum ventum esset ad tempora eorum, per assertiones eorum (1) hominum utriusque antiquorum et juratorum, terminata et sopita fuit contentio illa in hunc modum (2).

Apud Cainonem, recipient equaliter omnes consuetudines et emendas prepositus archiepiscopi et prepositus comitis, ita quod neuter expectabit alterum ad recipiendum, nisi quando ibi fuerit doneia vel commendesia, *etc.*, *ut supra et sic finit* (3) : De hiis autem ita compositum est, salvis aliis capitulis, que nondum sunt ad plenum firmata.

Nos igitur, de cujus feodo sunt predicta omnia, gaudentes de bono pacis, et utrique eorum jura sua volentes illibata et integra conservari, approbavimus pacem et compositionem istam, eamque ad firmitatem perpetui roboris obtinendam confirmavimus, et sigilli nostri auctoritate fecimus communiri, regii nominis caractere subter inscripto.

Actum Vizeliaci, anno incarnati Verbi MCXC (4), regni nostri XI°, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa.

Signum comitis Teobaudi dapiferi nostri. Signum Guidonis buticularii. Signum Mathei camerarii. Signum Radulfi constabularii. Data vacante cancellaria.

(1) Ce mot manque dans Bétencourt et dans Housseau.

(2) 1271 : *illa hoc modo.*

(3) Après les mots : *quocumque voluerit insequetur* (p. 218). — La copie de dom Housseau présente le même renvoi et au même endroit.

(4) 1271 donne la date fausse : *M° C° vicesimo.* — Hous. porte : *millesimo centesimo quadragesimo decimo.*

## LXXXII

*Littera per quam prior et conventus fratrum heremitarum sancti Augustini Turonensis debent domino archiepiscopo XL solidos redditus super loco ipsorum.*

(3 AVRIL 1367, N. S.)

Universis etc., frater Johannes, prior humilis, et conventus Turonensis ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini salutem.

Sicut per sanctorum patrum decreta censetur servos Dei, precipue religionis canonice professores voluntarie suppositos paupertati, litigare non opportet, nec litium anffractibus se implicari, sed ab hiis penitus esse quittos, ut, quorum locus in pace factus est, eorum conversatio per vite sanctimoniam apud Deum et homines acceptior habeatur, nec indecens debet reputari, si servi Christi pauperes cum debita reverentia in causis suis illius Pastoris conformentur arbitrio, in cujus sunt dominio devotionis gratia collocati; igitur cum ad nonnullorum sugestionem controversia, inter reverendum in Christo patrem et dominum, dominum S[ymonem], archiepiscopum Turonensem, ex una parte, et nos priorem et conventum prenominatos ex altera, moveretur super hoc videlicet quod ipse dominus archiepiscopus nos fratres predictos fecerat in area Berthe, in placitis sui prepositi, conveniri; proponens contra nos quod nos, qui eramus et sumus in ejus feodo locati, manum apposueramus (1) in quemdam de servientibus suis qui servientis officium ibidem exercebat, suam juridictionem, ut dicebat, perperam et indebite perturbando ; nos postmodum, forum predicti prepositi declinando, proposuimus quod per

(1) Bét. : *opposuiramus*.

consuetudinem patrie, Turonis antiquitus approbatam et notorie usitatam, nos qui collegium facimus, nec alii quicumque collegiati Turonenses similiter, non tenebamur, neque tenentur, in foro predicti prepositi quomodolibet respondere, sed tantummodo in assisiis ordinariis, dumtaxat sui senescalli etc.

Tandem, super hec interveniente peritorum et proborum consilio et tractatu, obtentaque prius a domino nostro rege pacifiendi et concordiandi (*sic*) super predictis licentia absque solutione emende, fuit inter dictum reverendum patrem et nos taliter concordatum : quod nos, successoresque nostri, de cetero non tenebimur, neque tenemur, in area Berthe vel alibi, coram dicto preposito nec futuris, nec in placitis eorumdem, quomodolibet respondere, sed solummodo in assisiis ordinariis sui senescalli, prout hujusmodi patrie Turonensis consuetudo dictaverit nos facturos ; et quod non est verissimile, nec rationi consonum, nos velle tam presumptuosam assumere audaciam contra tam reverendum patrem et dominum, vel ejus officiarios, talia inconvenientia committendi, dictus reverendus pro bono pacis voluit et concessit, vult et concedit, ut super illo facto, nobis in predicta area Berthe opposito, sibi et senescallis suis presenti et futuris perpetuum silentium imponatur, absque molestia nobis et successoribus nostris, occasione predicta, a quibuscumque inferenda.

Preterea idem reverendus, sue saluti providens, sacrosanctam ecclesiam suis capiens temporibus augmentari, voluit et concessit, vult etc., quod nos et successores nostri, ex nunc in perpetuum, teneamus et hereditarie possideamus pacifice et quiete omnes domos se tenentes ecclesie nostre, ex una parte usque ad quadrivium vici Cellarie, et a dicto quadrivio usque ad cimiterium nostrum, continuando se ex omni sui parte alia domui nostre et aliis (1) que olim, ut dicitur, fuerunt Johannis

(1) Bét. : *ex aliis* et un *t* au-dessus de l'*x*.

de Sancto Quintino, et alia domui que olim fuit deffuncti Arnaldi de Masqueria se tenenti ex una parte domui nostre, et ex alia porte manerii domini de Monte Basonis, et a dicta porta usque ad aulam dicti manerii, ex altera continuando se versus domum nostram, cum omni jure proprietatis etc., et absque finantia vel indampnitate dicto reverendo et ejus successoribus provide imposterum facienda ; excepto quod pro predictis domibus, plateis, ortis et pertinentiis ad eosdem, et indampnitate ipsorum, nos tenemur et promittimus, annis singulis, in festo Pasche, solvere eidem reverendo et suis successoribus viginti solidos annui perpetui redditus monete currentis, cum aliis XX solidis quos eidem debemus ab antiquo, annis singulis, in termino Nativitatis Domini ; ita tamen quod, quandocumque triginta solidos annui perpetui redditus de dictis quadraginta solidis alibi in suis feodis aut retrofeodis poterimus acquirere bene sitos, predictus reverendus et ejus successores illos tenebuntur recipere in diminutione quadraginta solidorum predictorum ; et alios decem solidos annuatim nos tenemur et promittimus eidem reverendo et suis successoribus per manus nostras solvere, quinque usque solidos in quolibet terminorum antedictorum, et domus, platee et orti predicti cum pertinentiis eorumdem nobis et successoribus nostris pacifice, ut dictum est, perpetuo remanebunt, superioritate ejusdem reverendi et successorum ejus salva, et jure cujuslibet alterius alieno.

Datum tertia die aprilis, anno Domini MCCCLXVI.

## LXXXIII

*Littera per quam rex mandavit baillivo Turonensi ne impediret dominum archiepiscopum quominus uteretur sua jurisdictione etc.* (1).

(9 JUIN 1313)

Philippus, Dei gratia Francorum rex, baillivo Turonensi ceterisque justiciariis regni nostri ad quos presentes littere pervenerint salutem in Domino.

Mandamus vobis et vestrum cuilibet quatenus dilectum et fidelem nostrum archiepiscopum Turonensem et ejus officiales non impediatis, quominus ipsi cognitione sua ecclesiastica et spirituali gladio possint uti contra raptores et invasores ecclesiasticarum rerum et incendiarios ac violatores ecclesiarum, nec (2) impediatis eos, quominus ipsi, per se vel per ministros suos, prout consueverunt ab antiquo, possint capere clericos, monachos et alios religiosos sue spirituali juridictioni subjectos, pro criminibus et excessibus (3) eorumdem, et aliis casibus ad ipsos pertinentibus de consuetudine vel de jure, in civitate et diocesi [Turonensi] ubique, maxime secundum quod hactenus existitit usitatum.

Actum Parisiis, IX die junii, anno Domini MCCC tertio decimo, [regni etc.]

(1) Cette pièce se trouve une seconde fois dans le cartulaire de dom Béteucourt, p. 239, sous le titre : *De jurisdictione ecclesie Turonensis non impedienda*, entre les pièces publiées plus bas sous les n°ˢ CXXXIX et CXL. On a emprunté à ce second texte les variantes et les quelques mots entre crochets.

(2) *Violatores earumdem, nec.*

(3) *Subjectos, pro omnibus excessibus.*

## LXXXIV

*De rebus emptis apud Vernotum per bone memorie Vincentium archiepiscopum.*

(1257-1270)

1. [Févr. 1265, n. s.]. — Memoria quod bone memorie Vincentius, quondam archiepiscopus Turonensis, anno Domini MCCLXIIII°, mense februarii, acquisivit a Petro de Fraxinis et ejus uxore tria arpenta pratorum sita in parochia de Vernoto, subtus Folleriam, precio XXXII librarum.

2. — Item, ab Aymerico Molendinarii (*sic*) et quibusdam aliis omnem portionem cujusdam annui redditus, quem habebant in duobus molendinis vocatis de Infernali, sitis in Brenna (1), in parochia de Vernoto.

3. — Item, a Johanne Bernardi et ejus uxore quandam aliam portionem redditus predicti.

4. — Item, ab Alesia, relicta Guillelmi Compti, duo arpenta pratorum in Braio juxta prata dicti reverendi, pretio XXV librarum.

5. — Item, a Johanne Batet et ejus uxore tria quarteria nemorum apud Glanders.

(1) Bél. : *in Vienna*.

## LXXXV

*Item de acquisitis per bone memorie Joannem archiepiscopum.*

(1271-1285)

1. [1271]. — Item, bone memorie dominus Johannes, archiepiscopus Turonensis, anno Domini MCCLXXI, emit a Martino de Vallibus, precio octo librarum, quandam domum cum rocha sitam ad locum vocatum Preos Mercatoris apud Vernotum.

2. — Item, a Petro, preposito de Vernoto, quatuor sextarios avene et tres solidos, quos percipiebat annuatim in domo archiepiscopi de Vernoto.

3. — Item, ab eodem Petro tertiam partem omnium mestivarum debitarum ab hominibus territorii de Vernoto, quam participiebat ipse prepositus, et dominus (1), et novem gallinas redditus; predictis mestivis et gallinis reddituallibus querendis.

4. — Item, ab eodem Petro unum modium frumenti et unum modium siliginis redditus, pretio quinquaginta librarum, quibus postea renunciatum est, ut hic inferius patebit (2).

5. [1283]. — Item, a Bartholomeo de Rechance, valleto, pretio XXXI librarum, meditatem cujusdam decime vocate decima de Linerolleis, sita in parochia de Noeario, Turonensis diocesis, anno MCC octuagesimo tertio.

6. — Item, a Petro de Quinquempois et ejus fratre, pretio XX librarum, unam peciam terre juxta cheminum per quem itur de Vernoto ad molendinum dictum Enfernau, et aliam peciam juxta murum virgulti Guillelmi Boderei ; que due pecie continent unum arpentum, vel circa.

(1) Bét. : *et nomine.*
(2) Cf. pièce suivante.

## LXXXVI

*Concordia preposifure de Vernoto.*

(19 AOUT 1351)

Saichent tuit que establi en droit en la court le roy a Tours monseigneur Pierre de Verno, chevalier, confessant et affermant reverent pere monseigneur Pierre, par la grace de Dieu arcevesque de Tours, et celuy Pierre avoir fait et accordé ensemble par paroles expresses, des le jeudi empres la saint Lorenz, qui fut l'an mil CCCXXXIX (1), les eschanges, accors et convenances en la maniere qui s'ensuit.

C'est assavoir, comme ycelui Pierre, homme lige par reson de la prevosté de Verno et de la terre que il tient dudit monseigneur l'arcevesque en la paroisse de Verno, fut tenu audit arcevesque et a l'arceveschié de Tours, chacun an, en deux muys de froment et de seigle par moitié, a la mesure de Verno, d'annuel et perpetuel rente, sur toute sa terre que celuy Pierre a en la paroisse de Verno, et en trois digners, de trois manieres de chars tant solement chacun, de rente en la cuisine dudit reverent a Verno, c'est assavoir de grosse chars boullies et routies et entremois a suffisance dudit reverent et de ses gens, quant aux jours assignés a prendre les digners; et fut tenu celuy Pierre, le jour de la premiere recepte de l'arcevesque de Tours, garder la seconde porte de la maison dudit monseigneur l'arcevesque de Tours, en recevant et ayant de celuy Pierre pour luy et pour les siens despens moderez, tieulx comme il les feroit en la ville de Tours; et de la volenté et assentement de son chapitre de Tours, l'utilité de

(1) 12 août 1339.

son arceveschié de Tours considerée et regardée, ait quitté et delessié perpetuellement a celui Pierre et a ses hoirs les deux muis de bled et trois digners et le droit de la garde de la porte, auxquelles choses ledit Pierre estoit tenu perpetuellement audit monseigneur l'arcevesque, si comme dessus est dit;

En eschange et permutation, et pour la prevosté de Verno dessusdite, et tous et chascuns les droits appartenans a celui Pierre par reson de la prevosté dessusdite en quelque maniere si comme dessus est declaré, disant et affermant ycelui Pierre de Verno avoir baillé, cessé, quitté perpetuellement et delessié audit monseigneur l'arcevesque et a ses successeurs ladite prevosté et tous les drois de celle pour le bled et disgners de rente et droit de la garde de ladite porte. Lesqueulx drois de ladite prevosté que celui Pierre de Verno a cessié et quittié audit monseigneur l'arcevesque sont tiex, comme disoit celui Pierre:

C'est assavoir, que pour chescun tonnel de vin mis en taune dedans les metes de la prevosté de Verno est debue une jalaye de vin, exceptés aucuns qui se dient estre frans de celle jalaie de vin. Item, tous ceulx de la ville de Verno, et de fors, qui vendent pain vendable doivent danrée de pain un dimanche, et l'autre dimanche maillée, exceptés aucuns qui s'en dient frans; et, o tout ce, le jour des foires de sainte Croix, chacun bouchier qui vent char de porc en la ville de Verno doit les filés, et de chescun beuf vendu a estal les dignes cotez, et aussi les vaches qui vendues y sont. Item, tous les bouchiers qui tuent et vendent moutons par an, demorans dedans les metes de la prevosté dessusdite, doivent à la Nativité saint Johan un quartier de mouton chacun an. Item, chacun pescheour, peschent es eves communes dedans les metes de la prevosté, doit tous les poissons, qui par lui sont prins aux engins dormans et autres quelconques, de chacun juedi au soir jusques au vendredi ensuivent au soir par chaque semaine de l'an. Item, la

tierce partie de toutes les amendes gagées es assises de Verno, et la tierce partie des ventes des chouses vendues dedans les metes de ladite prevosté. Item, mettre bornes es terres dedans ladite prevosté, et mettre a execution quiconques lettres de court seculiere, et et fermer les mesons des excommuniés par la maniere acoustumée.

Disent et affermant celuy Pierre avoir esté accordé entre ledit monseigneur l'arcevesque et luy que celui Pierre demoure et demourra, et demourront ses hoirs et successeurs, et seront hommes liges de la terre qui li demeure en ladite paroisse de Verno dou par eu tenu dudit monseigneur l'arcevesque en celle meissme maniere que celui Pierre et ses predecessours tenans ladite prevosté estoient hommes liges dudit reverent. Et dit et afferme ledit Pierre que, pour ladite terre qui li demeure, il et ses successeurs audit monseigneur l'arcevesque et a ses successeurs etc., chacun an, ou temps advenir, oultre la foy et homage dessusdits, sont tenus rendre et poier deux livres de cire d'annuel et perpetuel rente ou devoir, la veille de la Toussains ; ainssi que celui Pierre et ses successours auront perpetuellement basse justice, autrement le sauve droit (1) o l'amende de VII sols, VI deniers, en la terre et fié qui li demeurent en la paroisse de Verno, sur ses mansionniers de ladite terre, toutes fois que il defaudront de lour paier leurs devoirs et tailles que il leur devront. Toute autre justice desdis lieux audit monseigneur l'arcevesque et a ses successeurs demeure ; et par ces eschanges etc.

Et disoit celui Pierre que accordé fut entre ledit reverent et lui que icelui Pierre et ses hoirs ne seront tenus deci en avant en tout le temps avenir a garder ladite porte, ne a Verno, si comme il avoit acoustumé, les prisons dudit reverent; ne illec tenir sergent, si comme paravant estoit tenu par raison de ladite prevosté, et par

(1) Bét. : *le fai me droit.*

conséquent celui Pierre et ses hoirs ne auront deci en avant aucuns despens en tout le temps advenir, ne ne pourront demander en quelque maniere que ce soit par raison de la garde de ladite porte de laquelle celui Pierre est absouls, si comme dessus est dit.

Si comme celui Pierre a confessié toutes et chacunes les chouses dessusdites estre vraies, a conformé, approuvé, et conferme, loue et approuve et ratifie toutes les choses dessusdites et chacunes d'icelles, en tant comme elles li puent et doivent toucher, en tous et chescuns articles, et promet, par la foy de son corps et sur l'obligation de tous et chescuns ses biens presens et avenir, toutes et checunes lesdites chouses tenir, garder, segre et accomplir fermement et loialement pour tant comme elles le touche, perpetuement, etc., et garentir, delivrer, etc.

Ce fut fait a Tours, le vendredi apres la m[i]e aoust, l'an de grace mille trois cens cinquante et ung.

## LXXXVII

*Qualiter prepositus de Vernoto renuntiavit usui foreste de parochia Villa Domerii, et quod homines sui non compellerentur molere blada sua ad suum molendinum.*

(28 nov. 1317)

Item, est quedam alia littera curie archidiaconatus Transligerensis de data diei lune post festum beate Katharine, anno Domini MCCCXVII, per quam Hugonius de Vernoto renunciavit omni usui foreste site in parochia de Villa Domerii, et juri compellendi homines territorii preposituré ad molendum blada sua ad molendinum dicti prepositi, vocati Dermine.

## LXXXVIII

*Littera super taillia seu auxilio ab hominibus de Vernoto debito annuatim.*

(JANV. 1244, N. S.)

Juhellus etc., universis etc., salutem.

Noveritis quod, cum nos et antecessores nostri ab hominibus nostris de Vernoto consueverimus petere et habere de biennio in biennium auxilium moderatum, quandoque plus, interdum minus, prout nobis et nostris antecessoribus videbatur, habito prudentum consilio, nobis et ecclesie nostre Turonensi magis expediens visum fuit predictum auxilium ad certum reducere quam stare in incertitudine supradicta ; cum hoc etiam predicti homines affectarent. Unde, de voluntate et assensu totius nostri capituli Turonensis et hominum predictorum, voluimus et consensimus quod de cetero, singulis annis, ad festum Omnium Sanctorum, a predictis hominibus triginta libre currentis monete nobis et nostris successoribus, pro predicto auxilio, persolventur. In cujus rei etc.

Nos vero decanus et capitulum predictam concessionem ratam habentes etc.

Datum anno Domini MCCXLIII, mense januarii.

## LXXXIX

*De loco de Glanders.*

Memoria quod hereillum de Glandiers, situm in parochia de Vernoto, in quo solebat esse domus cum

nemore, prout claudebantur fossatis, fuit dudum traditum ad decem solidos redditus seu census solvendos die dominica post festum beati Mauritii.

## XC

*De usu seu usagio in nemore domini de Chancaio.*

Item, memoria quod dominus archiepiscopus, quando moratur apud Vernotum, habet usum seu usagium suum ad calefaciendum, in nemoribus domini de Chancaio, videlicet pro aula et camera dicti domini archiepiscopi duntaxat.

## XCI

*De acquisitione rerum de Tusca et de la Valiniere per bone memorie Stephanum, archiepiscopum Turonensem.*

(1331)

Item, bone memorie dominus Stephanus de Burgolio, quondam archiepiscopus Turonensis, anno Domini MCCCXXXI, acquisivit a Johanne Bochillon et ejus uxore de parrochia de Nozillé, pretio II$^{c}$ librarum bone monete, totam terram suam vocatam la Valiniere, et aliam vocatam Merecu, quam antea tenebant ab eo in fidem et homagium, cum omnibus nemoribus, pratis, censibus, tailliis, caponibus, panibus, denariis, avenagiis de terris, terragiis et homagio sibi debito a Gaufrido Fabri de Ruygné, et servitio debito ab eodem Gauffrido, et V solidis servitii debiti in parrochia de Balam; item, unum arpentum prati subtus ecclesiam de Nulleio de Edera; —deben-

tur census et taillie in crastino festi sancti Bartholomei festique Nativitatis Domini et in Ramis Palmarum et debentur IX capones, X panes, X denarii, IX mine avene, de obliagiis; item, VII prebende frumenti, XII prebende siliginis et I sextarius avene, que Petrus Pinon debet ad festum sancti Michaelis annuatim; — item, de mestiva, I sextarium frumenti debitum a pluribus personis; item omnes decimas, terragia et omne dominium, districtum, et juridictionem et omnia alia, que habebant ipsi conjuges in parrochiis de Vernoto, de Nulleio et de Oratorio.

Et habentur super hoc littere signo regio Turonensi sigillate.

## XCII

*Littera X solidorum franci deverii pro rebus territorii de la Bauciere, et de juridictione quam habet dominus archiepiscopus ibidem et in feodo du Chaillou.*

(9 MARS 1279, N. S.)

Universis etc., frater Amblardus, preceptor humilis domorum militie Templi in Aquitania (1), salutem etc. Noverint quod, cum contentio verteretur inter nos et fratres nostros ex una parte, et venerabilem virum [Johannem], archiepiscopum Turonensem, ex altera, super eo quod ipse dicebat se debere percipere sex solidos annui census super territorio, quod vulgaliter appellatur la Bauciere, sito in parrochia de Villa Domerii, ab hominibus tenantibus (*sic*) terras, domos, vel alias possessiones in dono servi ratam (*sic* ?) uniuscujusque eorum, necnon ipsum habere et ad ipsum spectare omnem

(1) Le cartulaire de dom-Bétencourt porte : *Aquitaniam*.

justitiam, tam in dicto territorio, quam in territorio du Chaillou site (*sic*) in eadem parrochia ;

Nobis et fratribus nostris e contrario asserentibus et dicentibus dictos sex solidos, non census, sed annui servitii, a nobis per manum nostram prefato archiepiscopo reddi deberi, et predictam justitiam non ad ipsum archiepiscopum, sed ad nos, spectare ;

Tandem de bonorum consilio, inter nos et ipsum archiepiscopum compositum exstitit amicabiliter in hunc modum : videlicet, quod ratione dicti territorii de la Bauciere, prout certis finibus concluditur, et pro omnibus rebus in eodem territorio consistentibus, nos et fratres nostri, vel mandatum nostrum, dicto archiepiscopo, vel ejus mandato, apud Vernotum, in festo Exaltationis sancte Crucis, decem solidos de franco deverio solvemus de cetero annuatim ; tota vero justitia territorii de la Bauciere, alta et bassa, dicto archiepiscopo et successoribus suis remanet ; salvo quod nos et fratres nostri vendas, pro rebus quas in eodem territorio contingerit vendi, habebimus et levare poterimus ; et, tam pro vendis, quam aliis teneuris, quas habemus in dicto territorio, illos qui super premissis, vel aliquo premissorum, injurientur nobis, in jus coram nobis super hoc trahere et justitiare poterimus infra fines territorii predicti, et emendas propter hoc debitas, usque ad septem solidos cum dimidio, levare.

In territorio vero du Chaillou predicto, habebit dictus archiepiscopus et successores sui omnem altam justitiam, cum omnibus que ad altam justitiam pertinent et pertinere possunt, omnimoda vigeria, tam magna quam parva, cum omnibus que ad eam pertinent vel pertinere possunt, nobis et fratribus nostris perpetuo remanente ; salvo quod nos et fratres nostri mensuras, tam ad bladum, quam vinum vendenda, que vulgariter *cep* appellantur, a dicto archiepiscopo, vel mandato suo, apud Vernotum recipiemus, ad suum *cep*, et signo dicti archiepiscopi signatas, quas nobis ipse, vel ejus man-

datum, quociens id requisierimus, sine exactione qualibet tenebitur adjustare. Eas ante sic receptas, et ad suas adjustatas et signo suo signatas, ponemus et habebimus, in aliquo certo loco dicti territorii, in (1) dicto territorio vendentibus, quociens opus erit. Et, si aliquando archiepiscopus, vel mandatum ad hoc ab ipso specialiter deputandum, predictas mensuras a nobis et fratribus nostris, vel nostro mandato, sic traditas, vel earum aliquas respicere voluerit, an forsan sint false, predictum mandatum ejusdem archiepiscopi servienti nostro, vel alii quem ad hoc deputabimus loco dicti servientis si forsan abesset, infra fines dicti territorii vocato et presente voluerit (*sic*) respiciet, et eas apud Vernotum faciet asportari et ibidem ad mensuras dicti archiepiscopi, seu *cep*, adjustabit easdem; et, si quas forsan falsas invenerit, per eundem archiepiscopum, vel per suos, judicabitur et levabitur emenda ; cujus emende dimidia erit dicti archiepiscopi, aliam vero medietatem nos et fratres nostri per manus ipsius archiepiscopi habebimus, nec nostram dimidiam remittere poterit sine consensu nostro. Mensuras vero illas, seu *cep*, quas nos, vel mandatum nostrum, a dicto archiepiscopo, vel mandato suo, recepimus idem archiepiscopus respici facere poterit, quociens, viderit expedire, et, si false forsan alique earum invenientur, emendam levare, que eidem archiepiscopo integraliter remanebit.

Hec autem omnia et singula pro nobis et successoribus nostris promittimus bona fide accedenda fideliter et firmiter in perpetuum observare, nec contra facere vel venire. In cujus rei testimonium signum nostrum, quo unico utimur, duximus apponendum.

Actum die jovis post *Oculi mei*, anno Domini MCCLXXVIII.

(1) Entre ce mot et le précédent se trouve, dans le cartulaire de dom Bétencourt, la conjonction *vel*, qui a été exponctuée.

## XCIII

*Littera concordie inter dominum Turonensem et dominum de Ruygné super nemoribus communibus.*

(5 JUIL. 1275)

Universis etc., Theobaldus, dominus de Matefelon et de Ruygné, miles, salutem in Domino.

Noveritis quod ita fuit inter bone memorie Vincentium, archiepiscopum quondam Turonensem (1), et nos concordatum et ordinatum de nemoribus nostris communibus, que vocantur nemus Metoyer, cum pertinentiis suis, sicut distinguntur et dividuntur, per inspectionem et metarum positionem, per viros providos Gauffridum Raherii militem, magistrum Radulphum de Liezia quondam canonicum Turonensem nunc deffunctum, Guillelmum dictum Justum, et Gauffridum de Nemore nunc militem, quod dicta nemora custodiantur et deffendantur per dictum archiepiscopum et nos, vel per aliquem servientium archiepiscopo Turonensi et nobis communem, ab omni usufructu, usu seu usagio hominum et animalium quorumcumque, usque ad sex annos integros a tempore ordinationis predicte, et quod, dictis sex annis completis, dictus archiepiscopus et nos possimus mediam partem dictorum nemorum vendere, vel reservare ad forestam, prout et quando nobis videbitur expedire; in alia autem dimidia parte, vassalli dicti archiepiscopi et nostri, videlicet Johannes de Valleria miles, Johannes de Sancto Amando, Guillelmus Marraca, Petrus de Bourroz, Guido de Boisseyo et Guillelmus de Boisseio et

(1) Vincent de Pilmil, archevêque de Tours de 1257 à sa mort arrivée le 19 septembre 1270.

eorum homines de parrochiis de Vernoto, de Chancaio, de Ruyneio et de Nuylleio habeant usumfructum, usum seu usagium, videlicet in herbagio, verdacia miricis, brueriis et filgeriis, et pastu porchorum; et tunc, si contingat dictum archiepiscopum et nos vendere illam dimidiam, possimus (1) illam custodire et deffendere, et ab omni usufructu, usu seu usagio hominum et porcorum quorumcumque, usque ad quinque annos integros et unum mayum subsequentem ; et post lapsum quinquennii et unius maii, habeant vassalli et homines supradicti usumfructum, usum seu usagium, sicut superius est expressum, in ista ultima parte, que ultimo vendita fuit; et dictus archiepiscopus et nos possimus aliam partem vendere, vel reservare ad forestam, prout nobis placebit ; et sic vassalli et homines memorati semper habeant usumfructum, usum seu usagium suum in una media parte, vel in toto nemore, si contingat illud non vendi ; et prefatus archiepiscopus et nos possimus aliam mediam vendere de quinquennio et uno in quinquennium et unum mayum sub conditionibus et modo, prout superius est expressum.

Huic autem ordinationi consenserunt vassalli superius nominati, pro se et heredibus suis, et promiserunt eam observare fide prestita corporali, et quod contra hujusmodi ordinationem non venient, per se vel per alios in futurum ; ita tamen quod dicti vassalli in dictis nemoribus venari possint, quando sibi videbitur expedire.

Et ad hec tenenda firmiter et sequenda nos et successores nostros et heredes quoscumque in perpetuum obligamus. In cujus rei testimonium, nos Theobaldus predictus (2) signum nostrum duximus presentibus apponendum. Nos vero Johannes, Dei gratia Turonensis archiepiscopus, concordationem et ordinationem predictas laudamus, volumus et approbamus, et eas ratifi-

(1) Ici et plus bas (lignes 13 et 18) le cartulaire de dom Bétencourt porte *possumus*.

(2) Bét. : *predicti*.

camus, et in hiis consentimus, volentes et consentientes quod dicti vassalli et eorum homines dictarum parrochiarum habeant libere et quiete de cetero usumfructum, usum seu usagium suum, in dictis nemoribus modo predicto, et quod venari possint, prout predictum est, in nemoribus supradictis, et ad observationem premissorum nos et successores nostros in perpetuum obligamus. In cujus rei etc., signo nostro una cum signo dicti militis fecimus sigillari.

Datum die veneris post festum beati Martini estivalis, anno Domini MCC septuagesimo quinto.

## XCIV

*Redditus et proventus terre de Vernoto.*

Hii sunt redditus et emolumenta terre de Vernoto, secundum scripta antiqua.

Primo, die festi Nativitatis Domini super molendinum ad pannos de Vernoto : L sol. redditus, seu grossi census. — Item, ipsa die, de censibus, tailliis et aliis debitis apud Tuscham et apud la Valliniere, que fuerunt deffuncti J[ohannis] de Bochillon : XII sol., II den. ob. (1). — Ipsa die, a Petro Aymer, pro feodo suo : II sol. servicii. — Dicta die, pro terra de Chaortes : V sol. servitii. — In festo Circumcisionis Domini, de repariis et fretenagiis : V sol. servitii, vel circa. — Ipsa die, a Johanne et Gileto Hodiernes : VI den. census. — Dominica sequenti, de cornagio boum : IIII sol. circa. — In Carniprevio, de furnagio de Tertro : XII sol. — In Ramis Palmarum, ab heredibus Petri Durant : V sol. — A domino de la Sifliere, pro feodo de Ensens : V sol. servicii. — [Die] jovis in Cena Domini, pro censibus d'Aguilledoys

(1) Cf. n° XCI, p. 232-233, achat de 1331.

receptis apud Lapchaye : XII sol., vel circa; et habet dominus de Poceio II partes, et dominus archiepiscopus tertiam in omni summa. — In crastino festi Resurrectionis Domini, a rectore ecclesie de Vernoto : X sol. — A rectore de Chancaio : XXV sol. — A priore de Nuilleio de Edera: X sol. — In festo beati Ludovici, taillia de la Tousche et de la Vaaliniere, que fuerunt dicti [Johannis] de Bochillon: XL sol., III den. ob.. — In festo Exaltationis sancte Crucis, pro feodo de la Beaucerie, alias du Chaillou, quod tenent hospitalarii: X sol; et super hoc est compositio scripta secundo folio precedenti abisto loco (1). — Die dominica post festum beati Mauritii, de grossis et minutis censibus debitis apud Vernotum: XI lib., XI sol., VII den. ob. — Item de censibus de Foresta debitis ipsa die: IIII lib., X sol., VIII den. — Item, de censibus de Aguilledoys: IIII sol., IIII den. — In crastino festi Omnium Sanctorum, pro feodo de la Coynoniere, quod fuit Andree Marran et J. de Bergetes: II sol. servitii. — In festo beati Martini hiemalis, ab heredibus Petri Quadrigarii et Philippi Bodere: VIII sol. — A Philippo Quoqueigneau, de novis censibus: VII sol. — Taillia de Vernoto, ad festum Omnium Sanctorum annuatim: XXX lib. — Taillia de Foresta : VI lib., X sol. — Taillia d'Aguilledois: XXI sol. — Heredes Andree de Grangia de Ruppibus Corbonis : unam lagenam vini. — Heredes Andree Sanum: unam lagenam vini redditus. — Firma furni ville de Vernoto: circa IIII lib. — Emolumenta nundinarum Exaltationis sancte Crucis: XXVIII sol., vel circa. — De tabernagio de Monte Laudato in terra medietaria inter dominum archiepiscopum et capitulum Turonense: II sol., vel circa. — Vende rerum immobilium que venduntur. — De venditione nemorum communium inter dominum archiepiscopum et dominum de Ruygné (2). — Item, emolumenta venditionis panis, car-

(1) C'est la pièce du 9 mars 1279, n. s., imprimée ci-dessus n° XCII, p. 233-235. — Dans cet acte, ce fief est appelé *la Beaucière*.
(2) Cf. ci-dessus n° XCIII, p. 236. Acte du 5 juillet 1275.

nium, per annum. — Item, emolumenta piscium captorum, quolibet die jovis, per piscatores. — Item, de venditione herbe pratorum ultra munitionem domus. — Item emolumenta stagni de Foresta. — Decime et terragia ville de Vernoto solebant valere XX modios bladorum firme per quartum, incluso uno modio mestivarum favarum. — Decime de Jallanges : X modios bladi per quartum, et VIII modios vini. — Decime et terragia cum quartis d'Aguilledois : V modios, per medium siliginis et avene. — Decime et terragia de Foresta : XXVIII modios frumenti, siliginis et avene, per tertium. — Decima de Lineriis et de Varenna : II modios, VI sextarios, per quartum. — Medietaria de Borda : III modios, pro parte domini. — Gaangneria de la Pouletiere : XVI sext. — quo molendina de Vernoto solebant valere de firma XXI mod. mosturenchie, et III mod. frumenti. — Terragia de Tusca Merecu que fuit dicti [Johannis de] Bochillon : VI sext. — Frumentagia de Foresta solebant valere XII mod. frumenti, et pro qualibet mina frumenti debetur unus capo. — De mestivis *fauves* gallice, seu repariis : I modium siliginis. — G. Militis de Monsteriolo : I mod. siliginis, et II sextar. frumenti. — P. Ligerii : II sextarios min. frumenti. — Stephanus Simon : I sext. frumenti. — Johannes Picot : I sext. frumenti. — In festis Nativitatis et Resurrectionis Domini ac beati Mauritii, debentur VII galline redditus, vel circa. — De terra de Tusca predicta : IX capones, in Ramis Palmarum. — De terra meditaria de Aguilledoys, et de terris prope Bordam : IX capones cum una gallina. — De obliagiis de Tusca : novem mine avene. — Mestiva dicti loci : I sext. frumenti debitum a pluribus personis. — Heredes deffuncti P. Pinon, in festo beati Michaelis : VII prebende frumenti, III prebende siliginis et I sextarium avene, ratione dicte terre de Tusca. — Prepositus de Vernoto : II libr. cere servitii, in vigilia Omnium Sanctorum. — De fructibus et proventibus vinearum dicti loci de cujus (*sic*) et terragio solebant bene recipi C pipe de

vino, et aliquando plus. — Duo cappellani cappellaniarum fundatarum in ecclesia de Vernoto, semel in novitate cujuslibet : XXV sol., pro indempnitate rerum ad eas deputatarum, consistentium in feodis et retrofeodis domini archiepiscopi.

## XCV

*Debita ratione sinodi Pentecostes, anno impari.*

Archipresbyter Turonensis : L sol. — Archipresbiter Lochensis : IIII lib., IX sol. — Archipresbiter Transligerensis : LXVIII sol. — Archipresbiter Sancte Maure : IV lib., V sol., VI den. — Archipresbyter de Insula Buchardi : XLVIII sol.

## XCVI

*Debita ratione sinodi Penthecostes, quolibet anno.*

Item, in dicta synodo Penthecostes, anno quolibet, debentur ea que secuntur.

Primo, ab abbate Sancti Juliani Turonensis, ex nova compositione, ratione prioratus de Chancellis : II floreni de Florentia, et totidem in synodo sancti Luce (1). — Ab abbate de Nucariis, pro domo de Parillé : IIII lib. — Ab abbate Belli Loci, pro prioratibus suis de Andegavis : IIII lib. — Rector ecclesie Sancti Spani : XII lib., X sol., et totidem in sinodo sancti Luce. — Rector ecclesie de Ligreio : LXV sol. — Rector ecclesie Sancti Petri de Corporibus, ratione ecclesie Ville Dominarum : III sol., et totidem in sinodo sancti Luce (2).

(1) Cf. ci-dessus, n° XLII, p. 90. Acte du 21 janvier 1368, n. s.
(2) Voyez la note 3 de la page suivante.

## XCVII

*Debita ratione sinodi Penthecostes, anno pari, et in qualibet sinodo sancti Luce.*

Item, in synodo Penthecostes, anno pari, et etiam qualibet sinodo sancti Luce.

Archipresbyter Turonensis : XXIV sol. — Archipresbiter Lochensis : XXIII sol. — Archipresbiter Transligerensis : XXVIII sol. — Archipresbiter Sancte Maure : XXIIII sol. — Archipresbiter de Insula Buchardi : XXIIII sol.

## XCVIII

[*Debita ratione synodi sancti Luce, quolibet anno* (1).]

Item, in dicta sinodo sancti Luce annuatim.

Priores de Rivarenna et Sancti Michaelis supra Ligerim, quilibet : LX sol. — Item, abbas Sancti Juliani, ut supra continetur : II flor. Florentie (2). — Rector Sancti Spani : XII lib., XII sol. — Rector Sancti Petri de Corporibus : IIII sol.

(1) Dans le cartulaire de dom Bétencourt les articles qui se trouvent sous ce titre et le suivant ne sont pas distingués de ceux contenus dans le n° XCVII.

(2) N° XLII, p. 90.

(3) Ces chiffres pour le curé de Saint-Épain et pour celui de Saint-Pierre-des-Corps ne concordent pas avec ceux donnés à la page précédente, n° XCVI.

## XCIX

[*Redditus varii.*]

Emolumenta (*sic*) sigillorum curie Turonensis quod tempore pacis solebat valere circa VI^c lib. — Rector ecclesie de Ulmis, Andegavensis diocesis, pro compositione episcopi Andegavensis superius contenta : X lib., in Nativitate Domini et beati Johannis (1). — Prior Sancti Thome de Ambazia, pro compositione monasterii Pontis Levii : XII lib. solvendas in terminis predictis (2). — Rector, seu vicarius, ecclesie de Ferrariis, in festis Assumptionis beate Marie et beati Andree, per medium : C libras. — Prior de Aquaria Andegavensi : IIII lib., in Nativitate beate Marie (3). — Rector ecclesie de Marcaio, Pictavensis diocesis : VI lib., a Pascha. — Capitulum Cainonense pro nova compositione, ratione procurationis : XL sol., in festo beati Michaelis (4). — Abbas et conventus Sancti Florentii prope Salmurium : XV lib. solvendas apud Candam, prima die maii, ex compositione superius contenta (5). — Petrus de Brocia, miles, super terra de Perruçon : XVIII lib., ad festum Purificationis beate Marie (6). — Abbas de Cultura Cenomanensi, singulis bienniis, ad festum sanctorum Gervasii et Prothasii estivale : XXX lib. turonensium (7). — Tallia debita domino archiepiscopo apud Turones ab hominibus suis, de biennio in biennium, debet valere circa XXV lib., et incipitur levari mense novembri, anno impari.

(1) N° LV, p. 165. Composition du 27 juin 1267.
(2) N° LXII, p. 176. Accord de décembre 1343.
(3) N° XLVI, p. 110.
(4) N° XLV, p. 108. Acte du 5 oct. 1366.
(5) N° XLVIII, p. 112. Acte de 1211.
(6) N° LXXV, p. 200. Acte du 28 déc. 1278.
(7) N° L, p. 115. Acte d'avril 1240. — Bét. porte : *estivalis, XXX lib. X turon.*

— Et tunc debet prior eleemosine Sancti Mauritii Turonensis unum ciphum argenteum ponderis X onciarum ad marcham Turon. pro tallia cujusdam domus.

## C

*De taillia hominum Turonensium.*

(1333, 1335, 1363, 1365, 1367, 1369)

Et est sciendum quod dicta tallia levata fuit per gentes regias in regalia, anno Domini millesimo CCCLXIII, quo tempore dicessit (*sic*) dominus Philippus, ultimus archiepiscopus Turonensis (1); et cum, anno Domini MCCCLXVI, peteretur ab eis per gentes domini archiepiscopi pro anno MCCCLXV, et de ea pro hujusmodi anno esset postmodum satisfactum, et postmodum circa festum Omnium Sanctorum anno MCCCLXVII iterum peteretur ab eisdem et eam solvere recusarent, fuissentque dictis hominibus exhibita certa scripta antiqua per que apparebat quod anno Domini MCCCXXXIII et anno Domini MCCCXXXV, dicto mense, fuerat levata per certos stagiarios dicte civitatis ad hoc electos, finaliter dicto anno MCCCLXVII de ea satisfactionem fecerunt, non obstantibus allegationibus suis. Item, anno Domini MCCCLXIX, fuit similiter per Stephanum Turpin et Robinum Boulloir levata.

(1) Philippe Blanche mourut, selon Maan (*Sancta et met. ecclesia Turon.*, 1re partie, p. 159), en octobre 1363. Son anniversaire était inscrit, dans le Martyrologe-Obituaire de Saint-Julien de Tours, sous la date du 5 septembre. Cf. édition Quincarlet, dans *Mém. de la Soc. archéol. de Touraine*, t. XXIII, p. 280.

## CI

*Valor prepositure Turonensis.*

(1291-1312)

Prepositura Turonensis domini archiepiscopi erat affirmata, tempore bone memorie domini Raginaldi archiepiscopi (1), VIII$^{xx}$ libr.; de qua firma erant ea que secuntur.

Primo, pedagium Ligeris valet pro parte domini XL lib., vel circa. — Pedagium de Castro Novo per terram valet circa XVIII lib. — Area Berte : VIII lib. — Furnus : IIII lib. — Nonblagium : IIII lib. — Pedagium de capite pontis per terram : IIII lib. — Festagium : XII sol. — Prata : VI lib. — Expleta justitie et vende usque ad LX sol. — Item, census festi apostolorum Petri et Pauli : LX sol., III den. — Census sancti Mauritii : L sol., III ob. — Census sancti Britii : XVII den. — Census Nativitatis Domini : IIII lib., III sol., VIII den. — Census festi sancti Vincentii : CXII sol., II den. ob. — In festo beati Albini : XII sol. — Census Annunciationis dominice : IIII lib., XIX sol., III den.

*Item habet dominus archiepiscopus ea que sequuntur extra preposituram.* — Primo, decimam bladi in Varena valentem circa XVII sext. siliginis, ordei et avene, per tertium. — Item decimam vini valentem I pipam, vel circa. — Item, prata gaymalia pontis Guidonis, in duabus peciis. — Item, aquam que currit inter ipsa (2), cum salicetis, que solebant tradi LX sol. — Item, quinque arpenta pratorum vocatorum *les Chaintres*. — Item, de censibus et locationibus domorum de Burgo Novo, nunc

(1) Renaud de Montbazon, archevêque de Tours, élu en mai 1291, † 23 août 1312.

(2) Bét. : *Item aqua que currit inter ipsam.*

per guerras destructo, in festo Pascbe : X lib., XVI sol., VI den.; in festo Nativitatis Domini : XXVII sol., VI den.; et tantumdem in Nativitate beati Johannis; in festo beati Michaelis X lib., XVII sol., II den.. — Item, census feodi Fetmau, alias de Ysennaio : de censibus et redditibus Nativitatis beati Johannis : V sol., VI den.; item, festo Assumptionis beate Marie Virginis : VII sol.; in festo sancti Simphoriani : IIII den.; in festo beati Mauritii : II sol., VII den.; in festo beati Bartholomei : XIII den.; in festo beati Michaelis : II sol. — De fautragio pratorum vendito : XX sol. — A capitulo Turonensi, pro parte dicti feudi et pro decima de Genilleio, virtute compositionum superius contentarum, II lib. cere franci deverii, seu servitii (1). — Dominus ville de Clareio : II lib. cere servitii, in festo sancti Mauritii. — Taillia et census debiti apud Rosiers, in festis Penthecostes et beati Petri ad Vincula debent valere LIII sol.; census festi Beati Mauritii : circa XLI sol. — Capitulum Sancti Petri Puellarum Turon., in festo beati Michaelis : VII sol. — Firma furni dicti loci, pro toto anno : circa XXXV sol. — Census festi Omnium Sanctorum : XXXII sol.; item, in Nativitate Domini : circa VIII den. recept. cum avena, olbiagio (*sic*), cum octo caponibus, cum terragiis et parte decime. — Firma gaignerie de la Grateliere (*sic*) : I modium frumenti. — Teragia dicti loci : VI sextar. frumenti. — Gangneria de Rosariis : I modium. — De terra Johannis Corveri, de novo tradita, in parrochia Sancti Antonii : V sextarios. — Item de gangneria de Naa (*sic*) : VI sextar. frumenti. — De siligine de gangneria et terragia de la Groteliere : XVIII sext. — De gangneria et terragiis de Rosariis : I modium. — De gangneria de Noa (*sic*) : VI sext. siliginis. — De terris feudi du Sauloy : I sext. — De terragiis et gangneria de la Groteliere : XVIII sext. avene. — De gaigneria et terragiis de Rosoriis (*sic*) : I modium. — De

(1) Cf. ci-dessus, n° XVI, p. 21 et n° XVII, p. 23.

obliagiis in Nativitate Dómini : III sext. — A Johanne Corveri de terris de Sancto Antonio de novo traditis : V sext.

## CII

### *Proventus terre de Larcayo.*

Guillermus Monachi, pro feodo de Erceio, quod fuit Egidii Majoris : V sol., ad festum beati Mauritii. — Dominus Jaquelinus de Andigné, pro terra sua de Cangé : V sol. et unum par cirotegarium, in festo beati Michaelis (1). — Prepositus de Larcayo, pro feodo Girardi Hugueti : IIII sol., IIII den. servitii, ad dictum festum beati Michaelis. — Magister Bertaududus Gaudium, pro deffuncto P. Belagent, pro feodo quod tenet apud longum pontem de Vencaio : VI denar. franci deverii — Census dicti festi, recepti per manum prepositi de Larcaio : XLVII sol. — De frareschia de Rupe Coignet, in dicto festo : IIII sol. — Heredes Hillarii Brunelli : VI sol. — Heredes Johannis Rosier : VI sol., I capon. — Heredes Nicholay de Fonte : XII den. — Abbas Sancti Juliani, pro pratis de Cortemanche : V sol. — Item, de minutis censibus in ipso festo debitis a pluribus personis : VIII sol., IIII den. — In festo beati Britii et in media Quadragesima, super terris de ultra Carum : LX sol. — De censibus de Moncuich, in parrochia de Azaio, in festo beati Britii : VI sol., VIII den. — De censibus debitis apud Crucem de Bleré, in dicto festo, ratione loci de Laucoyniere : VI sol., VI den. — In festo beati Andree,

(1) Jacquelin d'Andigné rendit aveu pour ce fief à l'archevêque de Tours le 4 novembre 1370. (Cf. ci-dessous n° CLXV.) Deux pièces datées de Tours 1371, et scellées de son sceau, qui porte : *de ... à une croix de ...*, se trouvent à la Bibl. nat., Clair., t. IV, p. 141, n° 112, et Cabinet des titres, Pièces orig., t. 57, dossier 1231 (Andigny), pièce 4.

ab heredibus Mauritii Textoris : VI sol. —Taillia annualis, que debet levari per prepositum de Larcayo circa festum Omnium Sanctorum, debet valere VII lib., X sol. — Heredes Martini Chenuau, pro domo ante cimiterium: X sol. — Pro frumentagiis de Luzilleio : XX sol., in festo Omnium Sanctorum. — Pro frumentagiis de Larcayo: XV sol., III den., deductis IX denariis quos dominus super hoc debet. —Item, cum XIIII sextariis ordei debitis, pro quolibet sextario debentur domino VIII den. valentes summam IX sol., IIII den. —Item, debentur cum quatuor sextariis et tribus prebendis ordei, pro obliagiis, pro quolibet sextario, IIII den. valentes XIX den. — Item, pasnagium foreste domini de Larcayo, quod venditur aliquando CXII sol. — Item, emolumenta segreagii nemoris prepositi de Larcayo, quando venditur. — Item, segreagium nemoris Berardi de Villiers, uno anno, XI lib., VI sol., VIII den., videlicet pro tertia parte : XXXIV lib. — Item, firma piscarie de Larcaio valuit, uno anno, VI lib.—Venda nemoris de ultra Carum valuit, uno anno, XXV lib. — Item, venda nemorum de Larcaio valet quandoque satis, quandoque parum.— Item, prata et sallicete dicti loci venduntur pro parte. — Item, firma molendini de Larcaio valet quandoque plus et aliquando minus. — Decime et terragia valent quandoque XVIII sextar. frumenti. — Frumentagia dicti loci solebrant valere IIII modios, ad festum beati Michaelis. — De Bosco Chesnelli, predicto festo : circa IIII sext. — Decime de Luzilleio: IIII modios. — Decima de Moncuich : I sextar. — Frumentagia dicti loci : II modios. — De medietariis de Laucoyniere : II sextar. frumenti. — A Berardo de Villiers, pro segreagio nemorum suorum : III sextar. — A rectore Sancti Quintini de Pratis : II sextar. redditus. — De quadam decima communi inter dominum archiepiscopum et dictum rectorem : III præbende. — Decime de Duobus Lucis: unum modium. — De siligine de decima de Luzilleio : II modios, V sextar. — De medietariis de Lau-

coyniere : circa IIII sextar. — De dicta decima communi : L sextar., VII boess. — Item, a dicto rectore : II sextar. redditus. — Item, a domino de Brocia : I modium redditus. — De decima de Duobus Luciis : VIII sextar. — De decima de Veretis : II modios, IIII sextar. — Decima de Vinolio et Sancti Juliani de Chedon : V sextar. — De ordeo de obliagiis de Larcaio : XIIII sextar. — De decimis, terragiis dicti loci : X sextar. — Medietaria de Laucoyniere : circa II sextar. min. — De dicta decima communi : III min. — De decima de Vinolio et Sancti Juliani de Chedon : V sextar. — De decima de Duobus Lucis : I modium. — De decimis de Luzilleium (*sic*) : IIII mod. — De avena de medietariis de Laucoyniere : circa II sextar. — De decima communi predicta : VI prebende. — De decimis et terragiis de Larcaio : I sextar., II prebende. — De decima de Vinolio : II sextar. — De decimis de Luzilleio : XVIII sextar. — De decima de Duobus Luciis : IIII sextar. — Item, vinee, prata et nemora dicti loci.

## CIII

*De acquisitione loci de Laucoyniere.*

(23 JANV. 1318, N. S.)

Notandum est quod, cum Gauffridus de Griçay emisset, tempore quo vivebat, manerium de Laucoyniere, in feodo et dominio bone memorie domini Raginaldi, archiepiscopi Turonensis (1), pro certo pretio, et idem archiepiscopus, tanquam dominus feodalis, potestate feudi vel-

(1) Renaud de Montbazon, archevêque de Tours, élu en mai 1291, † 23 août 1312. L'achat par Geoffroy de Griçay doit être placé entre ces deux dates, l'accord du 21 janv. 1318 n'eut lieu que sous le successeur de Renaud, Geoffroy de la Haye.

let retrahere et habere manerium predictum, cum pertinentiis suis, refundendo pretium, Petrus de Bonnemaye et Marguareta ejus uxor, filia dicti deffuncti, cesserunt perpetuo et hereditarie ecclesie Turonensi manerium supradictum, cum pertinentiis, pretio quinquaginta librarum. Et sunt littere super hoc de curia seculari Salmuricensi, de data diei lune ante festum Conversionis sancti Pauli, anno Domini MCCCXVII.

## CIV

*De parte vinearum dicti loci.*

(23 SEPT. 1318)

Item, sunt alie littere de curia archidiaconi Turonensis continentes quod bone memorie dominus Gauffridus, successor predicti domini Raginaldi, acquisivit ibidem quinque quarteria vinearum prope vineas dicti loci, anno Domini MCCCXVIII, die sabbati post festum beati Mauritii.

## CV

*De feodo de Landa in parrochia de Arthana, empto per Joannem quondam archiepiscopum Turonensem.*

(1 MARS 1284, N. S.)

Universis etc., officialis curie archidiaconi Transligegerensis (1) in ecclesia Turonensi salutem.

Noverint universi etc., quod Johannes Chesneau et

(1) Bét. porte : *official. curie archid. Transligerens.* Cf. nº LXXV, p. 200, note 1.

Petronilla ejus uxor, filia deffuncti Hervei de Reilleio, vendunt etc., reverendo patri domino J[ohanni], Dei gratia archiepiscopo Turonensi, pretio XX librarum, quoddam feodum quod dicebant se habere in parrochia de Arthana, existens in decimis, terragiis, tailliis, obliagiis, censibus et quibusdam aliis, quod feodum de Landa vulgariter nuncupatur, et ad habendum etc.

Actum die mercurii post *Invocavit me,* anno Domini MCC octuagesimo tertio.

## CVI

*Item, de feodo de la Serriere per predictum dominum Johannem empto.*

(5 nov. 1282)

Item, est alia littera de curia archidiaconi Turonensis, de data diei jovis post festum Omnium Sanctorum, anno Domini MCC oct[u]agesimo secundo, per quam prefatus dominus Johannes archiepiscopus emit a Michaele, pretio XXX librarum, totum feodum et omnes res, quas idem Michael habebat in feodo de la Serriere, in parrochia de Tilosa, exist. in terragiis, decimis, censibus, tailliis et aliis.

## CVII

[*Item, de domo et nemoribus emptis apud Arthanam per predictum dominum Johannem.*]

(10 oct. 1281)

Item, est alia littera per quam Petrus Fetmau, filius deffuncti Fulconis Fetmau, militis, vendidit predicto

domino Johanni, pretio quadraginta librarum et X solidorum, quamdam domum cum fundo, nemoribus retro dictam domum existentibus, et aliis pertinentiis. Actum [die] jovis post octavam beati Michaelis, anno Domini millesimo CC (1) octuagesimo primo. Que domus et nemora consistunt Arthanam (*sic*).

## CVIII

*Redditus terre de Arthana.*

Redditus et proventus de Arthana et pertinentiis suis. Census debiti apud Arthanam die dominica post festum beati Mauritii, qui debent recipi per majorem dicti loci, qui tenetur eos perficere, solebant valere LXVI sol. obol., vel circa, una cum avena et gallinis, etc.—Census preposituре de Claretis, qui est in manu domini, debet valere, dicta die, IIII libr., VI sol., vel circa, una cum certa avena et gallinis. — Census feudi de Landa, pro parte domini, debiti dicta die : VIII sol. (2). — Heredes deffuncti Stephani Fabri de Telosa : XL sol., dicta die, et dicitur quod sunt situati super Maresio, gallice *le Marays,* de Telosa. — A Johanna la Bonnarde de Azaio, dicta die: II sol. — Guillelmus de Nemore solebat debere pro domo deffunctorum dictorum *les Fouquex* XIIII sol.; sed dicitur quod ipsa domus et res ipsorum vacant in manu domini. — Thomas Mauritii pro deffuncto G. Galardon : II sol., dicta die. — Heredes Gregorii Galardon : IIII sol. — Johannes Durant, pro domo sua: VIII sol., I capon.— Guillelmus Martini de Telosa: XII sol. — Petrus Morelli, ratione uxoris sue, heredis

(1) Le cartulaire de Bétencourt porte : CCC.
(2) Cf. ci-dessus, n° CV, p. 250-251. Achat du 1er mars 1284.

deffuncti Mathei Berionneau: VI sol., II capon. — Census debiti dicta die et recepti per majorem de Telosa, qui tenetur eos perficere, debent valere VI lib., II sol. obol., vel circa, XX sextar. avene. — Census de Villa Perdita recepti per majorem dicti loci, qui tenetur eos perficere, videlicet de die dominica post festum beati Michaelis, debent valere LVII sol., VII den. obol., vel circa, una cum certa quantitate avene et gallinarum, de quibus fiet mentio infra. — A Colino Richart de Calleto : X sol. servitii, die dominica post festum beati Mauritii. — Census feodi de Roncée, quod fuit Hugoni de la Chevriere, et est in villa de Arthana, recepti in crastino festi Omnium Sanctorum et Resurrectionis Domini, per medium, apud Arthanam : circa XLIII sol. — De guardis de Montueil, in parrochia de Luzaio ultra Vigennam, ad istud festum, vel secundum aliqua scripta ad festum sancti Mauritii : IX sol.; et solebant recipi et solvi per rectorem dicti loci. — De obliagiis de Tilosa in crastino Omnium Sanctorum : II sol., XI den. — De rebus retractis a Martino Charbonnelli, quas emerat a domina de Felarge, solebant recipi, in crastino Omnium Sanctorum, circa XXII sol.; et debent valere circa XLIII sol.; reperitur tamen scriptum quod dimidium arpentum prati siti in ripperia de Brolio fuit de istis rebus, et computatur pro XX solidis in summa predicta. -- Census debiti apud Villam Perditam, et recepti per majorem dicti loci, in festo Nativitatis Domini : circa XIIII sol.; et totidem in Nativitate beati Johannis. — Andreas Dory de Cappella prope Azayum, in duobus festis predictis : XXIIII sol. mediatim. — Heredes Aymerici Michelet, in dictis festis : XII sol. — Heredes Guydonis et Petri de Fabrica : XII sol. — Prior de Relayo pro rebus suis prope Cappellam de Azaio : XX sol., in festo Circumcisionis Domini. — Novi census foreste de Teillay debiti apud Cheilleium in festo Nativitatis Domini debent valere, pro parte domini, circa XI sol., VIII den. — Item, debentur in dicta foresta census antiqui pro

terris redactis ad culturam, quorum summa scietur per viridarium seu forestarium domini. — Item, census de Teillay debiti in crastino Nativitatis Domini solebant valere circa XXIX lib., X sol., cum pluribus caponibus. — Rector de Arthana debet X sol. redditus, ad festum Pasche. — Rector de Villa Perdita: XX sol., in dicto festo. — Medietas censuum feodi deffuncti Gauffridi de Roncée, quod fuit Hugueti de la Chevriere, ratione uxoris sue, prout reperitur alibi scriptum, quod consistit in villa de Arthana, de quo fit mentio in pagina precedenti (1), debet valere, in isto festo, XXI sol., VI den. — Item, in festo Nativitatis beati Johannis debentur apud Villam Perditam XIII sol. census; quos major debet recipere, prout supra continetur in censibus Nativitatis Domini. — Item, Andreas Dory de Cappella, heredes Aymerici Michelet, et heredes Guydonis et Petri (2) de Fabrica medietatem summarum superius in dicto termino Nativitatis Domini contentarum. — Item, in festo sancti Simphoriani, Johannes de Brion (3), miles, ratione Jaquete la Touraude ejus uxor, pro feodo de la Chauvignere, in parrochia de Druis, debet X sol. servicii. — Dominus de Mota Arthane et Theophania de Arthana: III sol. servitii debiti in festo predicto. — Item, tallia biennalis debita circa festum beati Michaelis, anno impari, prout in computis antiquis majis communiter reperitur, debet valere CV libr. — Item, firme dicti loci que ascendunt et descendunt in emolum. — Firma nundinarum et mercatorum de Arthana: XL lib., per annum. — Firma molendinorum ad pannos: circa XII lib. — Firma furni solebat tradi VIII lib., per annum. — Mesure pro vino vendendo: circa III sol. — Bannum vini vendendi valet..... (*sic*). — Decima agniculorum parrochie de Arthana valuit, pro parte domini, uno anno, VIII lib.,

(1) Ci-dessus, p. 253.
(2) Bét.: *Petrus*; mais ci-dessus, page précédente, on trouve *Petri*.
(3) Sur Jean de Brion, cf. *infra* n° CLXXI.

X sol., deductis XXX solidis pro enchereis. — Decima canapis et leguminum dicti loci : circa XXIIII$^{or}$ alnaria tele(1). — Mestive venduntur quandoque secundum quantitatem bladorum XXIIII sol., vel plus. — Item recepta, gallice *les receiz*, in denarios valent... (*sic*).— Item mestive de Teillayo vendi consueverunt aliquando XL sol. — Recepta bladorum dicti loci valent in denariis... (*sic*). — Palee dicti loci quandoque bene venduntur. — Item, mestive de Villa Perdita : circa XXXVI sol. — Recepta et palee dicti loci. — Mestive de Telosa : LXXII sol., cum XXIIII$^{or}$ anseribus. — Decima agniculorum dicti loci. — Decima vini. — Decima canabi.

## CIX

*Confirmatio deputationis fructuum aliquorum ecclesiarum Sancti Spani et* [*de*] *Ferrariis mense archiepiscopali* (2).

(14 mars 1236)

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri [Juhello], archiepiscopo Turonensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Cum igitur, sicut nobis exposuisti, bone memorie Johannes, Turonensis archiepiscopus (3), predecessor tuus, reddituum archiepiscopalium tenuitate pensata, proventus de Sancto Spano et de Ferrariis ecclesiarum, in quibus jus patro-

(1) Bét. : *al'en tele;* mais la traduction, p. 610 du manuscrit, porte 24 *aunes de toile*.

(2) Cette bulle n'a pas été connue par Potthast.

(3) Jean de Faye, archevêque de Tours, confirmé en 1208, † 23 avril 1228.

tatus habebat, archiepiscopali mense, Turonensis capituli accedente consensu, duxerit deputandos; nos, tuis justis supplicationibus benignum impertientes assensum, quod super hoc ab eodem predecessore tuo provide factum est autoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, ita tamen quod de proventibus ecclesiarum ipsarum competens portio perpetuis vicariis in eis servientibus relinquatur, ne pro servitorum deffectu divinis obsequiis defraudentur. Nulli ergo etc. Si quis autem etc.

Datum Viterbii, II idus martii, pontificatus nostri anno nono.

## CX

### *Proventus terre de Sancto Spano.*

Census debiti apud Sanctum Spanum, in Nativitate beati Johannis : LXI sol., IX den. ob. — Item, in festo sancti Spani, in moneta currenti : XXXV sol., VIII den. — Item, in Nativitate Domini : LXIX sol. — Item, ipsa die, in moneta currenti : VI sol., X den. ob. — Item, in festo Pasche : IIII sol. — A capitulo Beati Martini, in Forti Monte, pro compositione : IIII lib. — A subdecano dicte ecclesie, pro domo de Chesia : XI sol. — A Johanne Carnifico, in moneta currenti, de censibus beati Johannis : VI sol., X den. ob. — De redditibus festi beati Michaelis : XXII sol., II den.

## CXI

*De rebus emptis apud Sanctum Spanum et circa.*

(11 MAI 1290 ?)

Universis etc., officialis archidiaconi Turonensis (1) salutem.

Noveritis quod in nostra presentia constitutus personaliter Guillelmus dictus Loet, de parrochia de Maillé, vendit perpetuo et hereditarie reverendo in Christo patri domino R.(2), Dei gratia archiepiscopo Turonensi, omnes et singulas res immobiles, jura corporalia et incorporalia, redibentias, deveria et costumas, que et quas idem venditor habet et possidet, vel quasi, per se, vel per alium, in villa Sancti Spani, in feodo dicti reverendi, pretio XII lib. etc.; cum omni jure, jurisdictione, districtu et justitia, quos et quas idem venditor habet et habere potest in rebus predictis venditis, quacumque ratione seu causa, exceptis Furno Vigerii et septem solidis, uno capone et quinque denariis census seu redditus annui et perpetui, siti apud Montem Guauguerii, ad locum qui Plays nuncupatur ; quos furnum, septem solidos, caponem et quinque denarios annui et perpetui redditus, seu census, tenet idem venditor, a predicto domino archiepiscopo, ad duos solidos et quatuor denarios franci deverii eidem domino archiepiscopo, vel ejus mandato,

(1) Le cartulaire de dom Bétencourt porte seulement : *official. archid. Turon.* Cf. n° LXXV, p. 200, note 1.

(2) Le cartulaire de Bétencourt porte très nettement R., mais Renaud de Montbazon ne fut élu qu'en juin 1291. Peut-être y avait-il un B. dans l'original; en effet, Bouchard fut archevêque de Tours du 20 décembre 1285 au 18 octobre 1290. On peut également supposer qu'un chiffre a été omis à la date après le mot *nonagesimo*.

solvendos, in festo sancti Spani annuatim, habendos, tenendos etc.

Datum die jovis post festum beati Nicholay estivalis, anno Domini MCC nonagesimo.

Dominus de Crisseio modo tenet dictum furnum ad francum deverium suprascriptum et continetur in suo advoamento (1).

---

Tenor littere et compositionis per quam capitulum Beati Martini debet domino archiepiscopo annuatim sex modia bladorum et sex libras redditus (2); et etiam tenor compositionis de jurisdictione temporali quam habet ipse dominus archiepiscopus in villa Sancti Spani (3) continentur supra circa principium hujus libri.

---

## CXII

### [*Redditus varii apud Sanctum Spanum*].

Decima de Cultura valet circa VII sextar., per quarterium. — Decima de Plays : IIII modios bladorum, per quarterium, ad mensuram de Arthana. — Decima novalium, alias *des exemplés* : I modium, per quarterium. — Redditus anni novi : mina siliginis. — Decime de la Boucheroie, ad mensuram Sancte Maure : circa III modios, per quarterium. — Redditus sancti Michaelis : mina frumenti. — Item, pro rebus que obvenerunt ob deffectum heredum a deffuncto dicto Boeteau : I sextar. — Item, redditus festi sancti Michaelis : I prebenda ordei. — Super

(1) L'aveu de Guy Turpin, seigneur de Crissé, du 8 juin 1367, est imprimé ci-dessous, n° CCXLV.

(2) N° XXXII, p. 66. Accord du 10 septembre 1327.

(3) N° XXXIII, p. 69. Acte du 24 juillet 1269.

molendino dou Pré : IIII sextar. mosturenchie. — Redditus anni novi : X *brichez* (1) cum dimidio avene. — Item, redditus de Plays, ipsa die : II sextar., ad mensuram Arthane. — Item, in dictis duobus ultimis festis : VIII capones cum dimidio et II galline.

## CXIII

*Littera pro auxilio seu taillia ab hominibus de Caynone in novitate domini Turonensis ipsi prestanda.*

(17 MARS 1248, N. S.)

Gauffridus, Dei gratia Turonensis archiepiscopus, universis etc., salutem.

Cum nos peteremus ab hominibus nostris de Caynone collectam illis temporibus, quibus antecessores nostri exigere consueverant ab eisdem collectam supradictam, et eam exigere volebamus alte et basse, secundum quod nostre placeret voluntati, predicti homines proposuerunt coram nobis quod tribus vicibus in vita cujuslibet archiepiscopi poterant tailliari, qualibet vice usque ad quinquaginta libras : videlicet, cum dictus archiepiscopus confirmatur, et quando recipit palleum, et quando dominus rex commedit cum eodem, nobis supponentes ut inquireremus super hoc veritatem.

Nos vero, inquisita super hoc veritate, invenimus, quod illis tribus vicibus, prout superius est expressum, in vita cujuslibet archiepiscopi, usque ad dictam summam, qualibet vice, solummodo poterant tailliari. Et, ne predicta taillia predictam summam quinquaginta librarum, illis tribus predictis temporibus, excedere valeat, presentes eisdem dedimus litteras sigilli nostri munimine

(1) *Briche* ou *Bricque*, forme de pain. (Godefroy, *Dict. de l'anc. lang. franç.*)

roboratas; interveniente consensu [Raherii] decani et capituli nostri, qui similiter concesserunt, ne major collecta quam supradictum est, illis tribus temporibus supradictis, non possit exigi ab eisdem, et ad majorem firmitatem presentibus litteris signum suum apposuerunt.

Datum die sabbati in capite jejuniorum, anno Domini M°CC°XL°VII°.

## CXIV

*Concordia inter dominum archiepiscopum et capitulum ecclesie Beati Maximi de Caynone super collatione prebendarum* (1).

(1197)

Lucas, Sancte Marie Turpiniacensis humilis abbas, et M[ichael] (2), prior Sancti Florentii Salmuricensis, omnibus [ad quos presentes littere pervenerint] salutem in vero Salutari.

Universitati vestre notum facimus quod contentio habita inter venerabilem patrem dominum B[artholomeum], Turonensem archiepiscopum, et capitulum Caynonense super presentatione canonicorum in ecclesia sua instituendorum per Dei gratiam, mediantibus nobis et Alberico de Recalciaco, preposito Ox[i]miarum, et aliis bonis viris, pacificata est in hunc modum.

Capicerius et canonici Caynonenses prebendam sue ecclesie, quando vacaverit, persone ydonee donabunt, et postmodum, bona fide quam citius poterunt, domino Turonensi archiepiscopo eam, ut convenit, presentabunt,

(1) Cette pièce occupe le n° V dans les cartulaires de Rome et de Londres. Les passages entre crochets manquent dans Bétencourt.

(2) Il devint, en 1203, abbé de Saint-Florent. *Gal. christ.*, t. XIV, col. 635.

postulantes ab eo, ut, quod ab eis factum est, approbet, sicut ad quem spectat approbatio vel reprobatio, et ipse dominus archiepiscopus ipsam benigne recipiet, nisi eam rationabiliter poterit reprobare. Et, si clericus ille, cui prebenda donata fuerit, prius unus de choro ipsius ecclesie fuerit et stallum habuerit aut locum ante presentationem et approbationem quam diximus, non mutabit; vocem tamen in capitulo non habebit, nec aliquid, nisi in oblationibus forte vel processionibus, percipiet de prebenda, quousque domino archiepiscopo presentatus fuerit, et, ut dictum est, approbatus. Si vero chorum ipsius ecclesie prius non intraverit, in primo vel secundo aut tertio seu etiam quarto chori ordine poterit collocari; stallum autem, ante presentationem et approbationem quam diximus, nequaquam poterit obtinere, nec vocem habere in capitulo, nec aliquid, nisi ea que diximus, percipere de prebenda.

Ceterum super sigillo ipsius capituli, quod usque ad tempora domini predicti archiepiscopi minime habuisse dicebantur, contentio terminata est in hunc modum : usum quidem sigilli a domino Turonensi archiepiscopo requisitum ex concessione sua habebunt, ita quod duo de canonicis illis, scilicet Paganus de Parillé (1) et Archanbaudus de Lengiaco, custodes ejusdem sigilli deputati, hac prima vice coram domino Turonensi archiepiscopo juraverunt se illud in ipsius domini archiepiscopi et ecclesie Turonensis et capituli sui fidelitate servaturos. Postea vero quicumque ad hoc fuerint deputati, in capitulo coram domino Turonensi archiepiscopo, si forte presens fuerit, vel coram capicerio Caynonensi loco ejus, ipsum prestabunt quod diximus juramentum.

Hanc compositionem se fideliter servaturos in manu domini Turonensis archiepiscopi fide interposita singuli firmaverunt : scilicet, Paganus de Parillé, Gauffridus de Parillé, magister Raginaldus de Sancto Spano, Girardus

(1) Sic : Londres et Rome. — Ici et ailleurs Bét. porte : *de Pillé.*

Tortus, Mauritius Potarii, Symon de Langiaco, Archanbaudus de Langiaco, P[etrus] Maximi, Willemotus (1), Guillelmus de Roseriis (2); et magister Raginaldus de Sancto Spano, unus ex illis, pro omnibus idipsum firmavit prestito juramento.

Statutum est etiam et sub juramento ab eis concessum, quod quicumque de cetero illic canonicabitur (3) juramento suo ecclesie illi debito adjiciet se compositionem hanc servaturum, nec patietur aliquem canonicari quin eodem juramento similiter astringatur.

Unde presentes litteras in testimonium, ad tollendam omnem in posterum contentionis materiam, conscribi fecimus et sigillorum nostrorum carracteribus communiri anno gratie M° C° nonagesimo VII°.

Testes sunt : magister Philippus, decanus Sancti Martini Andegavensis ; magister Garinus, cappellanus domini archiepiscopi ; [Gaufridus de Plessicio prepositus Vodani, Gaufredus de Monte Basonis prepositus Balismensis, Johannes de Recalciaco, Philippus de Bello Monte, Thomas de Sabolio, magister Stephanus de Monte Falconis, Nicholaus et Symon de Candato, canonici Turonenses ; Philippus, prior Sancti Vincencii ; magister Ricardus, clericus domini regis Anglorum ; Vivianus, archipresbyter Insulæ ; Gaufredus Nobilis, prepositus Cainonensis ; Guillelmus David, Aimericus d'Aincai et Gilebertus de Monte Basonis, canonici Candatenses ; Gaufridus de Glanderiis ; Quinquenas, prepositus domini archiepiscopi de Chinonc], et alii plures.

(1) Le cartulaire de Londres porte : *W'll'ot°*. — Bét. : *Vullerotus*. — Le ms. lat. 11888 de la Bibl. nat., copie du cart. de Rome : *Willotus*.

(2) Sic : Londres et Rome. — Bét. : *de Roserii*.

(3) Rome et Londres : *de cetero illi canonicabitur*. — Bét. : *de cetero ille ecclesie canonicabitur*.

## CXV

*Littera super approbatione collationis dicte prebende.*

(1357-1363)

Philippus, Dei gratia archiepiscopus Turonensis (1), venerabilibus et discretis capicerio et capitulo ecclesie Sancti Maximi de Caynone salutem.

Cum vos canonicatum et prebendam dicte ecclesie, quos *talis* nuper obtinebat, liberos et vacantes per resignationem vel per mortem, *tali* contuleritis, et nobis, per litteras vestras et *talem* concanonicum vestrum ad hoc per vos deputatum, dictum *talem* presentaveritis, postulantes, ut, quod factum est a vobis in premissis, nos, ad quem spectat super hoc approbatio vel reprobatio, benigniter approbare dignaremur, hinc est quod vobis et omnibus quorum interest notum facimus per presentes, quod nos personam dicti *talis*, et quod factum est a vobis in premissis approbandum duximus, et etiam approbamus, salvo jure nostro et alieno quolibet. In cujus rei etc.

## CXVI

*Littera de jurisdictione temporali quam dominus Turonensis debet habere in terra capituli Caynonensis et mensura domini archiepiscopi ponenda in dicta terra.*

(1218)

Universis Christi fidelibus etc., Guillotus capicerius totumque capitulum Caynonense eternam in Domino salutem.

(1) Philippe Blanche, archevêque de Tours, 1357-1363.

Noverint universi quod, cum inter venerabilem patrem nostrum Johannem, Turonensem archiepiscopum, ex una parte, et nos ex altera, super vigeria hominum nostrorum questio verteretur, tandem, mediantibus bonis viris, sopita est in hunc modum : videlicet, quod justitia raptus et multri et ancisii erit domini archiepiscopi; et, preter hoc, si duo homines ad invicem litigaverint alter alterum interfecerit, et litigium, quamdiu interfector voluerit et per jus ostendere potuerit, vel alio modo, se deffendendo ipsum interfecisse, erit curie nostre (1), et ad nos cause cognitio pertinebit; si vero recognoverit se interfecisse ipsum, sine justa causa, vel per jus ceciderit tanquam reus, erit justitia ipsius hominis domini archiepiscopi et res mobiles ipsius hominis.

Omnis vero vigeria alia hominum nostrorum nobis quiete et pacifice remanebit, ita quod, si duellum fuerit judicatum in curia nostra, nos poterimus duellum detinere coram nobis, tractando de pace per assignationem trium terminorum, et, si pacificatum fuerit inter partes, presentum erit nostrum; si vero non fuerit pacificatum in partes, tunc nos, vel mandatum nostrum, accedemus ad prepositum, vel mandatum, domini archiepiscopi, et proponemus verba secundum que judicatum est duellum, et si, juste judicatum fuerit, prepositus dicti archiepiscopi custodiet duellum, et, si se armaverint et venerint ad reliqu[i]as, medietas quindecim solidorum erit domini archiepiscopi et medietas nostra ; si vero duellum factum fuerit, dominus archiepiscopus habebit sexaginta solidos super illum qui ceciderit et nos septem solidos et dimidium. Omnia vero presentia, que debebuntur antequam partes se armaverint, fiunt nostra.

Si vero latro inventus fuerit in terra nostra, nos faciemus eum judicari et res mobiles ipsius latronis erunt nostre, et latronem judicatum trademus eum vestibus cum quibus inventus fuerit, si sint sue, preposito domini

(1) Bétencourt porte : *litigio... erit curia nostra.*

archiepiscopi, vel ejus mandato, ad exequendum quod a nobis, vel nostro mandato, de latrone fuerit judicatum. Si autem res furate fuerint, reddentur per manum nostram illi cujus erunt.

Mensura domini archiepiscopi curret in terra nostra, et clamator suus clamabit vinum et habebit consuetudinem super homines nostros, sicut habet super homines domini archiepiscopi. Si vero falsa mensura inventa fuerit in terra nostra, si primo nos, vel mandatum nostrum, eam invenerimus, jus debitum ratione falsitatis mensure erit nostrum; si vero prepositus domini archiepiscopi, vel mandatum suum, primo invenerint, jus debitum ratione falsitatis mensure erit domini archiepiscopi.

Et, ne super his predictis questio in posterum possit oriri, presentes litteras conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari, anno gratie MCC octavodecimo, ordinationis ipsius domini archiepiscopi XI°.

## CXVII

*Littera inter dominum archiepiscopum et capitulum Caynonense ratione cujus predictus dominus habet tertiam partem reddituum declaratorum.*

(10 MARS 1270, N. S.)

Universis etc., Vincentius, permissione divina archiepiscopus Turonensis, salutem.

Noverint universi quod, cum inter nos ex una parte, et venerabiles viros capicerium et capitulum ecclesie Caynonensis ex altera, questio verteretur, super hoc videlicet quod nos dictum capicerium et capitulum volebamus et efficacius nittebamur compellere extra manum eorum abdicare et a se ipsis alienare census seu redditus eidem

capitulo et ecclesie sue in elemosina collatos, quos in censiva nostra tenueramus diutius : — videlicet, XIIII^{cim} solidos assisitos super domum Egidii de Vizellis, prope Portam Carnificum, scilicet a deffuncto Joanne de Ponte; *item*, quatuor solidos super domum Germani le Fessoerier, a deffuncto Bartholomeo Terretient; *item*, VIII sol. et unum caponem super quamdam domum sitam ante l'Espau, a deffuncto Matheo Petitpiés ; *item*, XX sol. super domum Luce Coesme, a deffuncto Richero (1) Anglici et Angnete (*sic*) de Elemosinaria; *item*, XXII sol. super domum Vincentii Olearii, a dicto Richardo; *item*, X sol. super domum à la Richete, a deffuncto Andrea Chaudin ; *item*, X sol. super domum Bartholomei de Jaunay, a deffuncta Petronilla la Tatesmale ; *item*, X sol. super quamdam domum sitam prope domum Johannis de Curre, a deffuncto Andrea Haye; *item*, VIII sol. super domum Stephani de Jaunay, a deffuncto Gaufrido Corneveron et Agnete uxore ejus, — pro remedio animarum prenominatorum deffunctorum ad anniversaria sua annis singulis celebranda;

Tandem super dicta contentione inter nos et capicerium (2) ac capitulum Caynonense antedictos extitit compositum in hunc modum: videlicet, quod nos tertiam partem predictorum reddituum, in nostro feodo apud Caynonem (3) existente, nomine nostro et ecclesie nostre habebimus et percipiemus in perpetuum annuatim; et alie due partes omnium et singulorum ad predicta anniversaria, ut dictum est superius, collatorum, predictis capicerio et capitulo et suis successoribus in predicta ecclesia, nomine ipsius ecclesie, pacifice et quiete, sine contradictione aliqua, in perpetuum remanebunt, annis singulis in locis predictis habende et percipiende; salvis tamen nobis in omnibus premissis omni justitia et omni

(1) Probablement pour *Richardo*, voyez deux lignes plus bas.

(2) Au lieu de ce mot Bétencourt met une première fois : *capitulum*.

(3) Bét. : *Caynonam*. — Dom Bétencourt, dans sa copie, a souvent employé ce mot *Caynona, næ*, dont on n'a aucun exemple.

jure et dominio pertinentibus ad dominium feodale. In cujus rei etc.

Datum die lune post *Reminiscere*, anno Domini MCC sexagesimo nono.

## CXVIII

*Littera per quam capitulum Caynonense debet annuatim domino Turonensi archiepiscopo L sol. pro indempnitate etc.*

(16 JANV. 1318, N. S.)

Universis etc., capicerius et capitulum ecclesie Beati Maximi de Caynone salutem in Domino.

Noveritis quod, cum reverendus in Christo pater ac dominus dominus Gauffridus, Dei gratia archiepiscopus Turonensis, contra nos et nostram Cainonensem ecclesiam questionem moveret super nonnullis redditibus in feodo ipsius reverendi patris, super certis rebus in eodem feodo apud Caynonem consistentibus : — videlicet, super domum Aymerici Blanchet sitam juxta domum Michaelis Danneus et domum que fuit Thomassie la Painfetice XXXII sol., a deffuncta Alicia la Guernaude ; *item*, XV sol. super domo deffuncti Thomassie la Golliole ante capellam domus Dei de Caynone, a deffuncto Dionisio le Comte ; *item*, XI sol. super domum Agnetis la Phelipone ab oppositis cimeterii Sancti Stephani de Caynone, a deffuncto Petro Piedasne ; *item*, VII sol. super domum Dyonisii le Chanvrier, a deffuncto Martino Barraut ; *item*, XIIII sol. et IIII den. super virgulto (2) deffuncti Thome Groesseau juxta puteum de Besse, a deffuncto Guillelmo Rousseau et ejus matre ; *item*, XII sol. super domo in qua Johannes Martinet manet sita in vico de Pissot, a deffuncta

(1) Le cartulaire de dom Bétencourt porte : *virgulto*.

Marguareta quondam uxore Guillelmi Petit Vilain; *item*, XX sol. super domo Oliverii Fromentin juxta domum deffuncti Simonis Archipresbyteri, a deffuncto Laurentio Fournier; *item*, VI sol. super domo in qua Johannes Courtalier manet, a deffuncta Gileta la Haliganne; *item*, X sol. super domo in qua Ginetus Avialle manet, a deffuncta Juliana quondam uxore deffuncti Gauffridi de Jaunayo; *item*, X sol. super domo deffuncti Gileti le Poullaillier in qua Raton manet, a deffuncto Johanne, quondam archiepiscopo Turonensi (1); *item*, X sol. super domo in qua Laurentius Auquetin manet, a deffuncta Scholastica Larcepretresse; *item*, VIII sol. super quoddam fondeiz quod Martinus Jouyau tenet juxta ecclesiam Beati Martini de Caynone, a prima uxore Guillelmi Petit Vilain; *item*, XIII sol. super domo Olvierii le Fouper in podio Sancti Martini, a deffuncto Egidio de Vizelles; *item*, X sol. super quadam domo sita in Judearia (2) Caynonensi juxta domum deffuncti le Fremer, a deffuncto Guillelmo Coustiou; *item*, XXX sol. super domo deffuncti Maufferas in burgo Sancti Jacobi Caynonensis, a deffuncto magistro Mauro de Letigné, — nobis et ecclesie nostre in elemosinam collatis ad eorum anniversaria in predicta ecclesia annis singulis facienda (3);

Petens idem reverendus pater quod pro permittendo dictos redditus, in ejus feodo, a nobis et nostra ecclesia possideri, cum multa inde sibi et suis successoribus in futurum possent incommoda provenire, nos eidem et ecclesie Turonensi pro dictis (4) indempnitatem competentem faceremus et ipsum et ecclesiam Turonensem (5) super predictis servaremus indempnes;

(1) Probablement Jean de Montsoreau élu le 16 janvier 1271, † en janvier ou février 1285; peut-être cependant Jean de Faye confirmé en 1208, † le 23 avril 1228.

(2) Le cartulaire de dom Bétencourt porte : *videaria*.

(3) Le cartulaire de dom Bétencourt porte : *ad eorum anniversarium... facienda*.

(4) Le même cartulaire porte : *Turonensi predictis*.

(5) Le même cartulaire porte : *et ipsum et in ecclesia Turonensi*.

Tandem, pluribus et diversis tractatibus super hoc prehabitis, nos deliberatione super hoc habita pleniori, considerantes in hoc esse dicti reverendi patris petitionem consonam rationi, super predictis cum dicto reverendo patre, et unanimi voluntate et assensu, pacificavimus et composuimus in hunc modum, videlicet quod, ut idem reverendus pater et sui successores in posterum dictos redditus a nobis et nostra ecclesia pacifice haberi et possideri permittat, nos pro omni indempnitate et pro omni jure, in quibus eidem reverendo patri et ejus successoribus possemus occasione et ratione predictis teneri, promittimus ac tenemur eidem reverendo patri et ejus successoribus in futurum solvere, et facere, quinquaginta solidos monete Turonensis annui et perpetui redditus percipiendos et solvendos per manum nostram, anno quolibet in futurum, terminis his : videlicet, in quolibet festo Nativitatis Domini : XXVII sol. VI den., et in quolibet festo Nativitatis beati Johannis Baptiste : alios XXVII sol. VI denarios, monete currentis ; salvo tamen eidem reverendo patri et ejus successoribus in omnibus premissis omni justitia et omni jure et dominio pertinentibus ad domin[i]um feodale, et censibus ac deveriis eidem reverendo patri debitis super et de rebus, super quibus dicti redditus per nos acquisiti [fuerunt]; volentes et consentientes quod idem reverendus pater et ejus successores pro tempore, pro dictis quinquaginta quinque solidis redditus, se vindicent et vindicare possint super omnibus redditibus et juribus supradictis, et omnes redditus supradictos pro solutione hujusmodi, si in ea facienda cessaverimus, possint capere et saisire, quos predictos et singulos redditus ad hoc obligamus et specialiter donamus, promittentes bona fide quod contra presentem compositionem non veniemus. In quorum testimonium etc.

Datum in nostro generali capitulo, die lune post festum beati Hilarii, anno Domini MCCCXVII.

---

Item littera nove compositionis facte per dictum capitulum de XL solidis ab ipso debitis domino archiepiscopo annuatim in festo beati Michaelis, ratione procurationis, superius continetur (1).

Item, compositio de Caynone et aliis locis, inter archiepiscopum Turonensem et Richardum Anglie regem firmata, similiter superius continetur (2).

---

## CXIX

*Littera de octo solidis debitis annuatim ab abbate Turpiniaci.*

(2 NOV. 1338)

Universis etc., Petrus, permissione divina archiepiscopus Turonensis, salutem in Domino.

Cum religiosi viri abbas et conventus monasterii de Turpenayo, nostre Turonensis diocesis, in nostris feodis et retrofeodis, suo et dicti monasterii nomine, certos redditus hic inferius declaratos acquisierint : *Primo* videlicet, X sol. sitos et assignatos super quadam domo, sita in parrochia Sancti Stephani de Caynone juxta pressorium quod fuit quondam Johannis de Templo, quodque solebat tenere Petrus Ribot; *item*, X sol. super una pecia vince continente dimidium arpenti, parum plus vel parum minus, ad locum nuncupatum Aonque, juxta vineam Agnetis de Negron, quam tenet J. Martinet; *item*, V sol. super una pecia vinee, sita desuper cappella Sancte Rodegundis juxta vineam deffuncti Guillelmi Cavarat ; *item*, VI sol. super quadam domo quam tenet, Johanna Sogere ante petrariam nostram; *item*, IIII sol.

(1) N° XLV, p. 108. Composition du 5 octobre 1366.
(2) N° LXXX, p. 213. Accord du 28 mars 1190.

VI den. super uno stallo in carnificeria Sancti Stephani de Caynone et super quadam domo que fuit Nicholay de Faia; *item*, IIII sol. super quadam domo quam tenet Matheus Brion juxta venellam per quam itur ad pressorium Gileti Engebaut;

Et nobis propter hoc supplicaverunt religiosi prelibati quatenus ipsos res predictas, in nostris feodis et retrofeodis acquisitas, ut premittitur, tenere permitteremus pacifice in futurum, offerentes nobis super hoc indempnitatem facere condecentem.

Nos autem, utilitate nostra et ecclesie nostre Turonensis [pensata], eorumdem religiosorum supplicationibus inclinati, volumus et eisdem concedimus, quod ipsi res superius designatas tenere possint perpetuis temporibus in futurum, solvendo nobis et successoribus nostris pro indempnitate premissarum rerum, anno quolibet, in festo Nativitatis beati Johannis Baptiste, annuatim octo solidos monete currentis, quodque, indempnitatem hujusmodi, ut dictum est, annuatim solvendo, termino prefixo, nobis et successoribus nostris, res predictas extra manum suam ponere in posterum minime teneantur, seu ad hoc et quocumque [modo] compelli possint, salvis et retentis omni superioritate, justitia et deverii[s] etc.

Datum die lune post festum Omnium Sanctorum, anno Domini MCCCXXXVIII.

## CXX

*Littera de sexaginta quinque solidis redditus super herbergamento de Rocha Clermaudi.*

(23 SEPT. 1343)

Saichent tuit que establi en droit en la court le roy a Tours noble homme monseigneur Pierre [de] Mermande, sire de la Roche Clermau, chevalier, de la diocese de

Tours, confessant et affermant que comme il deust a reverent pere en Dieu monseigneur Pierre, par la grace de Dieu arcevesque de Tours, sexante sous en deniers de rente annuel et perpetuel, sur le lieu et habitation ou celui chevalier a fait faire et edifier une chappelle de Notre Dame en la ville de Chinon, en la rue a aller aux ponts d'icelle, ou rerefié de celui reverent pere, et li eust octroyé ledit reverent de sa grace que il li puisse assoair et assigner ladite rente sur les autres heritaiges de icelui chevalier bien et suffisament, pour ce que ledit lieu ou est assise ladite chappelle et tout ce qui s'en despent en soit quitte et deschargié perpetuellement, et ait promis a faire audit reverent pere cinq sous de rente perpetuellement pour cause de indampnité dudit lieu ou est ladite chappelle et de ce qui y appartient, il pour lui et pour ses hoirs assiet et assigne audit reverent pere et a ses successeurs, arcevesques de Tours, les sexante et cinq sols dessusdits sur son herbergement de la Roche Clermau et sur toutes les appartenances et deppendances, especiallement sur tous et chacuns ses autres biens immeubles ou heritages, et les promet icelui chevalier pour lui et pour ses hoirs rendre, paier et parfaire audit reverent pere en Dieu et a ses successeurs, arcevesques de Tours, perpetuellement et annuellement: c'est assavoir, a Noel trente souls et a la saint Johan Baptiste trente et cinq souls, et l'amende pour chescun deffaut par la coustume du pais ; et renuntie ledit chevalier en cest fait par sa foy a toute decevance, a tous aplegemens et contraplegemens, a tout droit escript et non escript; et a tout cest fait tenir et garder, sigre, acomplir et enteriner, sens james venir encontre, ledit chevalier oblige soy, ses hoirs, et tous et chacuns ses biens presens et avenir, especialement ledit herbergement de la Roche, o tous les appartenances.

Ce fut fait a Tours et adjugié a tenir par le jugement de ladite court le roy, ledit chevalier present et consentent et fiencié de celui a tenir sens james venir encontre,

et seelé a la requeste du seel de ladite court le roy en tesmoing de verité, le mardi empres la saint Morice, l'an de grace MCCCXLIII. Nuyllé pour Saint Pater.

## CXXI

*Littera fundationis quatuor cappellaniarum in cappella pontis Caynonensis a deffuncto domino P. de Mermande milite.*

(11 JUILL. 1343).

In nomine Domini, amen.

Per hoc presens publicum instrumentum etc., quod anno Domini MCCCXLIII, die XI julii, indictione XI, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini domini Clementis, divina providentia pape sexti, anno secundo, circa horam merediei illius diei, in domo Johannis dicti Petit Vilain apud villam de Caynone, Turonensis diocesis, coram reverendo in Christo patre ac domino domino P[etro], permissione divina archiepiscopo Turonensi, in mei notarii etc., presentia, constitutus nobilis vir dominus Petrus de Mermande, miles, dominus de Rocha Clermau, dicte diocesis, providere sue et nobilis domine domine Ysabellis de Haia, ejus uxoris, animarum saluti volens, ut dicebat, ad honorem Dei et gloriose Virginis Marie matris ejus et totius curie celestis, augmentationemque cultus divini, de licentia et assensu dicti reverendi patris in hoc consentientis, et dicto militi quoad infrascripta licentiam concedentis, in cappella ab eisdem conjugibus apud villam predictam constructa, juxta pontes ville ejusdem, videlicet in vico per quem itur ad dictos pontes, in honore gloriose Virginis modo predicte, fundavit, ordinavit et instituit quatuor cappellanias perpetuas, videlicet pro se tres, et nomine dicte

uxoris sue et pro ipsa unam, perpetuis temporibus deserviendas per quatuor cappellanos instituendos in cappellanos cappellaniarum earumdem, et eas deserviri per quatuor cappellanos perpetuis temporibus ordinavit, de autoritate et licentia dicti reverendi, videlicet de tribus missis a quolibet dictorum quatuor cappellanorum in dicta cappella per se, vel per alium cappellanum, qualibet ebdomada celebrandis; de quibus missis dicti cappellani qualibet die tenebuntur celebrare, seu facere celebrari, unam missam de Nostra Domina cantando alta voce, seu cum nota, summo mane, in cappella predicta; et cum hoc ordinavit quod dicti cappellani in eadem cappella similiter, perpetuis temporibus, in vigilia quinque festorum gloriose Virginis predicte, videlicet Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis et Conceptionis, per se, vel per alium, vesperas de Nostra Domina tenebuntur alta voce et sollempniter cum nota celebrare et decantare, et quolibet festo festorum predictorum in mane matutinas; ordinavit etiam, quod si aliquis cappellanorum cappellaniarum predictarum in celebratione trium missarum suarum in cappella predicta, seu alicujus earumdem, qualibet ebdomada predicta deficiat, quod pro deffectu cujuslibet misse taliter deficiens tenebitur solvere et reddere domino archiepiscopo Turonensi pro tempore sex denarios, in utilitatem cappellanie ejusdem, et quod nichilominus ad supplendum deffectum suum, celebrandumque missas, seu missam, in quarum, seu cujus, celebratione taliter defecerit in eadem cappella, seu faciendo celebrari *(sic)*.

Voluit etiam idem miles et ordinavit quod dicte cappellanie conferantur presbyteris, vel talibus personis que infra annum a tempore institutionis sue in cappellaniis predictis, et qualibet earumdem, possint ad sacerdotium promoveri, et quod earumdem cappellaniarum cappellani infra annum a tempore institutionis eorumdem in eisdem, et qualibet earumdem, ad sacerdotium promoveantur et se facere promoveri teneantur, et quod,

si cessante legitimo impedimento, dicti cappellani, seu aliquis eorumdem, infra annum a tempore predicto, nisi sacerdos fuerit antea, non fuerit [ad] sacerdotium promotus, quod cappellania talis, qui infra dictum annum ad sacerdotium se neglexerit facere promoveri, vacet ipso jure et simpliciter, valeatque, tanquam libera et vacans, alie ydonee persone, juxta et secundum ordinationem predictam, per illum ad quem collatio ejusdem cappellanie pertinebit libere conferri, poteritque ille, cui collata fuerit, institui in eadem et in possessionem corporalem ejusdem induci, dicto taliter non promoto minime evocato.

Voluit etiam et ordinavit quod una cappellaniarum predictarum perpetuis temporibus pleno jure spectet et pertineat ad simplicem collationem dicti reverendi patris et suorum successorum, archiepiscoporum Turonensium; et alie tres spectent ad presentationem et jus patronatus ejusdem militis, quandiu vixerit in humanis, et dicte domine Ysabelle, uxoris sue, si supervixerit post eundem, tandiu similiter dicta domina vixerit in humanis, et post mortem militis et domine Ysabelle predictorum, ad presentationem et jus patronatus principalis heredis dicti militis, domini de Rocha Clermau predicta (1) pro tempore in futurum; quam presentationem, seu jus patronatus, idem miles sibi, dicte uxori sue, et heredi suo, sub forma et modo predicto, de expresso consensu dicti reverendi patris, specialiter reservavit.

Ad dotationem vero et sustentationem cappellaniarum predictarum et cappellanorum pro tempore earumdem, coram dicto reverendo patre, assignavit, dedit, et livravit simpliciter et de presenti, seu ex nunc, idem miles, tum pro se quam dicta uxore sua, in quantum tangit quemlibet eorum, quatuor vigenti sextarios frumenti ad mensuram communem de Caynone, et viginti libras similiter annui et perpetui redditus in denariis : videlicet,

(1) Bét. : *dominum de Rochu Clermau predictum.*

pro quolibet cappellano viginti sextarios frumenti et centum solidos etc. (*Obmitto causa brevitatis*).

## CXXII

*Littera rerum donatarum per deffunctum dominum de Baucaio Egidio Contour, de quibus ipse dominus erat in fide domini archiepiscopi.*

(11 DÉC. 1342)

Saichent tuit etc., que noble homme monseigneur Hues de Bauçay, chevalier, sire dudit lieu, a confessié par devant nous en la court le roy que il, de son bon gres etc., a donné et octroié pour lui et pour ses hoirs pour Dieu et en aumosne, et tous temps mes, a heritages etc., a Gilet Contour, vallet, paroissien de Saint Jaque de Chinon, et a ses hoirs etc., toutes et chascunes les chouses, rentes, cens, maisons et autres chouses que les personnes ci dessous a nommer devoient audit chevalier chascun an, paravant ceste donnoison : c'est assavoir, out deniers sur les maisons feu Guillaume d'Avaines ; *item*, IIII deniers sur une partie desdites maisons ; *item*, V sols sur une partie d'icelles maisons ; *item*, XL souls sur la maison de la Prerie qui fut Estienne Prevost ; *item*, VI den. de rente que les hoirs feu Bourreau devoient ; *item*, II den. de rente que Guillaume Bazilleau devoit ; *item*, VIII den. sur la maison Maille ; *item*, VI den. que devoit Guillaume Bourreau ; *item*, II den. obol. que Guillaume de Breczay devoit ; *item*, devoirs que Estienne Ribot devoit audit noble ; *item*, II den. obol. que ledit Estienne devoit ; *item*, XXII den. que Aymeri Blanchet devoit ; *item*, XII sol. que Julian Bive devoit audit noble ; *item*, li donne, o tout ce, le droit que ledit noble avoit et poveoit avoir es chouses de quoy il estoit entré en la foy et en l'omage de reverent pere en Dieu l'arcevesque de Tours par reson

des choses qui jadis furent Johan de Chasteaudun en rendent dudit Gilet et de ses hoirs audit reverent et a ses successeurs XVII den. ob. a la feste acoustumée, et XX s. a l'aide, quant elle y avient de droit et de coustume, voulant que ledit Gilet puisse entrer en la foy etc., et transportant etc.

Donné soubs le seel du roy establi a Chinon, le mercredi apres la saint Nicolas d'iver, l'an de grace mil CCCXLII.

Secundum quod potui reperire redditus superius declarati fuerunt empti per deffunctum J. de Cimeterio, et traditi domino archiepiscopo pro admortizatione domorum fratrum Sancti Augustini de Caynone.

Supra de feodo predicto est inquirendum.

## CXXIII

*Littera donationis bosci foreste communis Caynonensis facte per regem, si dominus archiepiscopus in hoc consentiret.*

(4 JANV. 1273, N. S.)

Philippus, Dei gratia Francorum rex, forestariis Caynonis salutem.

Cum nos dilecto et fideli clerico nostro, magistro Petro de Benay, cantori Remensi, dederimus unum arpentum bosci pro suis edificiis faciendis, in foresta de Teilleio, que est partim nostra et partim dilecti et fidelis nostri [Johannis], Turonensis archiepiscopi, capiendum, dum tamen hoc idem velit et consentiat idem fidelis noster, mandamus vobis quatenus dictum arpentum bosci deliberetis eidem, vel ejus mandato, presentes litteras deferenti, dum tamen procedat de voluntate et assensu archiepiscopi memorati, et quod dictus clericus nichil inde vendat.

Actum Parisiis, die mercurii ante Epiphaniam Domini, anno ejusdem MCCLXXII°.

Vide infra n°° CXLI-CXLIV.

## CXXIV

*Declaratio super jure foreste.*

(4 MAI 1321)

A tous etc., Philippe de Betisi, inquisiteur des eves et forests nostre sire le roy, salut.

Comme nobles hommes et saiges le baillif de Tours par les lettres Odart du Crues, mestre et enquestour des eaues et des forests le roy, du commandement du roy, eust mis et assené la main le roy, ou bois en la chace et garenne que li arcevesques de Tours a, et puet avoir, en la forest de Chinon, en laquelle chouse les gens dudit arcevesque se sont dolu par devers le roy, et le roy nostre sire pour savoir la verité nous ait commandé de bouche que nous alessions au lieu pour savoir la verité, savoir, ou non, si li arcevesque avoit fait, ou faisoit, autre chouse qu'il ne deust, et se a tort et sans cause elle y [a]voit esté mise, et nous avons esté a Azay du propre commandement du roy et nous soions enformé par grant foison de bonnes gens dignes de foy a Azay et a Chinon, et aions trouvé que lidis arcevesques use a bone cause de son droit en ladite forest, garene et chace, et que il ne fait, ne n'a fait, chouse par quoy li empeschement et la main le roy ne doivent estre osté, et aions de ce faitte nostre relacion a nostre sire le roy, liquex nous a commandé que l'empeschement qui mis y estoit nous ostons, et sa main aussi qui mise y estoit par ledit baillif nous levons;

Sachent tous que, du propre commandement du roy

fait a nous, en la presence de monsseigneur de Geimillé (1), avons osté et ostons l'empeschement et levons la main le roy, pourquoy nous mandons a Robert du Chiron, mestre sergent de ladite forest de par le roy, et a tous autres sergens, que il n'empeschent de riens ledit arcevesque, ne ses gens, a user de son droit, garenne et chace. En tesmoing etc.

Donné lo IIII° jour de may, l'an de grace mil CCCXXI.

Item memoria quod sunt duo paria litterarum, videlicet Petri de Maschau valleti, Gauffridi des Essars et Vincencii Chastel, inquisitorum forestarum, super declaratione juris dicti domini archiepiscopi in et super predictis et amotione aliorum impedimentorum.

## CXXV

*Valor prepositure domini archiepiscopi apud Caynonem.*

Hec sunt que pertinent ad preposituram domini archiepiscopi apud Caynonem :

Primo, medietas minagii pontis Caynonensis valet circa VII^xx lib., quolibet anno. — Molendina valent XL lib. — Excluse seu piscarie valent XL lib., deductis expensis. — VII arpenta cum dimidio pratorum in duabus peciis valent... (*sic*). — Pedagium aque et per terram de Caynone, in estimatione : LX lib. — Venda de Marchaio et de Caynone cum nomblens (*sic*) de Porta A Carnificum. — Obolus de ponte alet XL ...(*sic*), per annum. — Nondine de Caynone, que communes sunt regi et archiepiscopo, valent, pro parte domini archiepiscopi, circa IIII lib. — Item, *le feuve droit* (2) de terra domini

(1) Peut-être Ansel de Geinville. Cf. *Rec. des hist.*, t. XXIII, p. 807.

(2) *Sic*, il s'agit vraisemblablement de la basse justice, appelée parfois en Touraine, le *semidroit, femidroit, femedroit*, etc. Cf. notamment G. d'Espinay, *La Coutume de Touraine au XV° siècle*, t. XXXIV des *Mém. de la Soc. arch. de Touraine*, p. 1, 218, 277, 291, 293, et 336; Godefroy, *Diction. de l'ancienne langue française*, t. III, p. 701, ° *Faimidroit*.

archiepiscopi et de communitate inter regem et dominum archiepiscopum. — Item, census de Circoncisione Domini et de feste sancti Michaelis valent LXX sol. — Item medietas pedagiorum extra villam Caynonensem, videlicet de Thoas, de Bassa Riveria et de Portu Ablevie : circa XXXV sol. — Cavatagium : XXX sol.

Summa : CCCXVII lib. X sol.

## CXXVI

*Redditus dicti loci extra preposituram.*

Hec sunt res domini archiepiscopi in villa Caynonensi extra preposituram :

Decima bladorum valens XVI modios, per tertium, communi estimatione. — Decima vini : XXV modios, vel circa. — Item, ad festum sancti Michaelis : XLV sol. III den. censuales. — Item, in octava festi Nativitatis Domini : VIII lib. XIX sol. IX den. — Item, in Annuntiatione dominica : XLVI sol. VII den. — In festo Nativitatis beati Johannis Baptiste : VI lib. XV sol. IIII den. — In octava sancti Maximi : LXIII sol. VI den. obol. — Item, habet dominus archiepiscopus unam rocham en Lorciay retro ecclesias Sancti Maximi. — Item, aliam rocham subtus domum Philippi Courtil. — Item, domum et rocham, que vocatur Furnus domini archiepiscopi. — Item, aliam domum in qua est carcer, seu prisio, retro dictum furnum. — Item, medietatem deffessii aque circa pontem Caynonensem et mensuras in feodo suo et in feodo capituli. — Item, quatuordecim arpenta pratorum apud la Vosse. — Item, septem arpenta versus ulmum de Ripperia. — Item, quinque arpenta, et Groays, *alias* Champulant. — In pedagio aque et terre habet dominus archiepiscopus certam portionem, secundum varietatem numatarum que vehuntur. — In minagio etiam habet

medietatem, rex et illi qui causam habent ab ipso aliam, tam in emolumento quam jurisdictione, qualibet die. — In Porta Carnificum, que in dominio domini archiepiscopi est prope Sanctum Stephanum, omni die, dominus habet medietatem nonbulorum et vendarum carnium, que de extra villam defferuntur, et similiter medietatem in juridictione et juridictionis emolumento. — Alia autem Porta Carnificum est in foro, et die fori, videlicet die jovis, ibi vendunt carnifices, et est porta illa in dominio regis, et nichilominus dominus archiepiscopus habet medietatem in no[n]blis et vendis, sicut in porta que est in dominio suo proprio. — Item, si sint alique nundine, que sedeant in foro, vel alibi citra villam, sicut apud leprosariam, apud sallicetam, vel in villa, semper dominus habet in Porta Carnificum medietatem in no[n]blis et emendis, que ratione forefacturarum commissarum in porta acciderent.— Item, omnes nundine sunt communes, tam [in] juridictione quam emolumento. — Item, qualibet die, sive sit forum, sive non, vende equorum et aliorum animalium sunt communes, et similiter venda panis qui defertur de extra villam. — Item, II parisienses debentur de quolibet vare vini vendito in villa Caynonensi, nisi vendens habeat quinque chevronnatas domus ad censum in terra domini vel regis ; et ista venda est communis omni die. — Item, debentur domino archiepiscopo, annuatim in festo Pasche, XII lib. cere super terra, in loco de Moncigou quem tenet G. Ribot de Caynone.

## CXXVII

### *Proventus de Ausonio.*

Hec sunt que pertinent archiepiscopo Turonensi in territorio de Aussonio et in feodo Sancti Juliani, videlicet :

Herbergamentum et clausum vinearum continens

circa X arpenta. — Item, una rocha, prope dictum herbergamentum, cum tribus arpentis vinearum. — Item, XXXIIII arpenta terrarum, ante portam de Ausonio. — Item, domus de la Poicteviniere, cum VII arpentis terrarum. — Item, in territorio de Praelle et in campo de Bucigné, XLI arpenta terrarum moventium a decano Turonensi ad VII sol. VI den. censuales. — Item, in ripperia de Verron III arpenta pratorum et aliud juxta Crucem Lapidis. — Item, decima de Vigneas, cum uno quarterio terre, valen. per estimationem, quolibet anno, VII sextar. — Item, census festi sancti Michaelis : LXVIII sol. II den. ob. — In Annuntiatione dominica : XII sol. VIII den. — In octava beati Maximi : LVI sol. — In festo Circoncisionis Domini : XXV sol. IX den. — In festo beati Johannis Baptiste : XV sol. — Dominica post festum beati Martini : XXI capones, una gallina ; et in censibus : III sol. I den.

Vide litteram traditionis manerii de Ausonio, n° XLI.

## CXXVIII

### INCIPIUNT LITTERE ET PROVENTUS DE CANDA.
*Compositio domini Montis Sorelli.*

(1198 ET 1205)

Ego Bartholomeus, Dei gratia archiepiscopus Turonensis, et ego Gauterius, Montis Sorelli dominus, omnibus qui presentes litteras viderint notum facimus quod, super variis contentionibus inter nos archiepiscopum et bone memorie Willelmum, quondam Montis Sorelli dominum, patrem meum, scilicet dominum

(1) Cette pièce est la onzième des deux cartulaires de Londres et de Rome. C'est à ces cartulaires qu'on a emprunté les passages entre crochets qui manquent dans Bétencourt.

Montis Sorelli, pax et compositio facta est in hunc modum :

*Ego B[artholomeus], Dei gratia Turonensis archiepiscopus, et ego Guillelmus, Montis Sorelli dominus, omnibus qui presentes litteras viderint salutem.*

*Universitati vestre volumus innotescat quod quedam contentiones inter nos super variis articulis habebantur.*

*Ego enim archiepiscopus requirebam, ut incrementum insule nostre Candatensis nostrum esset, quantum terra nostra ville Candatensis protenditur versus Montem Sorelli, sicut consuetudo est in aliis insulis Ligerinis, et ut homines nostri de Canda quieti essent et immunes apud Montem Sorelli, sicut homines Montis Sorelli apud Candam, et ut in vineis hominum Cande, quas apud Vallem Grisseii a nobis habent, nec per dominum Montis Sorelli, nec per alium, nisi per nos, vinearius institueretur. Adhuc, exigebamus a domino Montis Sorelli censum vinearum suarum de Valle Grisseii, sicut illum habemus ab aliis vineis ibi constitutis. Requirebamus etiam, ut mercatum Montis Sorelli de circulis doliorum, aut animalibus, sive rebus aliis, in terram nostram ville Candatensis nequaquam extenderetur. Similiter in platea, que fuit Philippi Gibaudi, que de feodo nostro est, mercatum porcorum, aut animalium, sive aliarum rerum, fieri nolebamus. Pedagium, sive levagium, aut aliam consuetudinem, a domino Montis Sorelli, aut ballivis ejus, apud Candatum, sive alibi in terra nostra, recipi conquirebamus. Preterea in domo Fontis Ebraudi, que est in censiva nostra et parrochia Candatensi prope Montem Sorelli, minagium percipi a domino Montis Sorelli juri contrarium videbatur. Similiter cum homines nostri de Canda apud Montem Sorelli bladum suum, quod erat apud Candam, in scutellis defferrent vendendum, de blado illo apud Candam existente et ibi mensurato, minagium apud Montem Sorelli reddi rationi abvium videbatur.*

*Quas omnes contentiones, mediantibus bonis viris ego G[auterius], Montis Sorelli dominus, ipsi archiepiscopo et ecclesie Beati Mauritii Turonensis spontaneus quittavi et penitus abjuravi, salvis questionibus de minagio recepto in domo Fontis Ebraudi et in mercato Montis Sorelli de blado hominum de Canda; super hoc enim juri stabo, quando fuero requisitus. Quittavi ergo et abjuravi censum predictarum vinearum de Valle Grisseii, plateam que fuit Philippi Gibaudi, incrementum insule quantum durat terra archiepiscopi ex parte rippe Candatensis; pedagium, sive levagium, aut alia consuetudo, apud Candam, sive in terra archiepiscopi, a ballivis meis non recipietur; de hiis qui ement ibi, aut vendent, nec alibi recipietur, quam in via mea pedagiali; sicut homines Montis Sorelli quieti sunt et inmunes apud Candam, ita erunt homines de Canda apud Montem Sorelli, nisi mercatores fuerint, qui pedagium reddent de mercibus, quas alibi ement; mercatum meum de animalibus, aut circulis doliorum, vel aliis rebus, non extendetur usque in terram archiepiscopi.*

*Hanc autem* (1) *compositionem se fideliter servaturos, fide interposita, firmaverunt Gautherius primogenitus, Philippus, Thomas, milites, filii mei, et ego juravi et plegios constitui W. Marquier, Will. David [et alios scilicet homines meos : Joscelinum filium Drogonis, Americum Rabaste, Johannem Malum Monachum, W. de Domno Petro, Gaufridum Giffart, W. de Tallia, Radulphum de Leceio, Hugonem Feffart, Hugonem de Belleio, milites, Matheum de Baruch, W. Rabeb], qui tenentur fide ita quod si a compositione ista resiliero ipsi in captione domini archiepiscopi, apud Turones, se reddent, quousque super pena, que statuta est, satisfecerint, scilicet C libris.*

*Ego autem archiepiscopus censum vinearum domini*

(1) *Autem* manque dans les cartulaires de Rome et de Londres.

*Montis Sorelli, quas habet in Valle Grisseii, pro bono pacis quittavimus.*

*Et ut hec compositio debitam in posterum obtineat firmitatem presentes inde conscribi fecimus litteras et sub cirographo sigillorum nostrorum munimine roborari.* [*Testes sunt : Lucas, abbas Turpiniacensis ; magister Philippus, thesaurarius Andegavensis; H.* (1), *abbas Sulliacensis ; J. archidiaconus, Gauffridus cancellarius* (2), *Andr. de Cancell., Philippus de Bello Monte, Nicolaus de Candato, canonici Turonenses ; Guillelmus Boguere, Americus de Aincaio, Gillebertus de Monte Basonis, Guillelmus de Roseriis, canonici Candatenses ; Philippus de Sauzeia et alii multi*]. *Anno gratie M° C° nonagesimo VIII°.*

Consequenter ego Galterius, Montis Sorelli dominus, eamdem compositionem pro tollenda in posterum omnis contentionis materia concessi et sigilli mei munimine ad firmitatem perpetuam roboravi, anno Verbi incarnati MCCV°.

(1) Vraisemblablement Hugues I, abbé de Seuilly, que la *Gallia christ.*, t. XIV, col. 310, ne cite qu'en 1200.

(2) Ce chancelier est Geoffroy du Plessis; il était parent (*consanguineus*) de Barthélemy II de Vendôme, archevêque de Tours; son père était Gervais du Plessis et sa mère s'appelait Denise; ils se firent le premier templier et la seconde religieuse à Beaumont-lès-Tours. Geoffroy eut trois frères Barthélemy, Gervais et Mathieu (Bibl. nat., Hous., t. V, n° 2093). Cf. le testament sans date de Barthélemy du Plessis, chevalier, en faveur de l'abbaye de la Clarté-Dieu (*Ibidem*, t. VI, n° 2123). En 1193, Geoffroy est seulement qualifié chanoine de Tours (*Ibidem*, t. V, n° 2070); en 1197, il est dit chanoine de Tours et prévôt de Vosnes (Cf. ci-dessus, p. 262, n° CXIV); dès la même année, on le trouve chancelier de l'église de Tours (Bibl. nat., Hous., t. V. n° 2098), titre qui lui est également donné ici en 1198 et dans la bulle d'Innocent III du 1er juin 1199 (Cf. ci-dessus, p. 140, n° LIV). Dans ces deux dernières chartes, on remarquera qu'il est seulement appelé *Gaufridus cancellarius*. Il paraît aussi, mais sans qualification, dans une charte de l'archevêque Barthélemy de 1205 (N° XIV des cartulaires de Rome et de Londres), qui sera publiée à l'appendice. Dès 1202, on le trouve avec le titre d'archidiacre de Tours dans une charte en faveur de la collégiale de Notre-Dame de Loches (Bibl. nat., Hous., t. VI, n° 2164); et c'est probablement encore lui qui est appelé *Gaufridus, archidiaconus Turonensis*, dans deux actes de 1206 et de 1214 (*Ibidem*, n°s 2211 et 2165 *bis*).

Testes sunt: Petrus Savarici, Bartholomeus de Columberiis, Hugo de Arthana (1).

## CXXIX

*Qualiter dominus Montis Sorelli nullum dominium nullamque jurisdictionem habet apud Candam* (2).

(1122-1198)

Ego Willelmus, filius Gautherii, dominus Montis Sorelli (3), amore Dei et pro salute anime mee, testificari et scribere curavi quod in Candato vico domini archiepiscopi Turonensis nullum dominium habet dominus Montis Sorelli; nichil etiam omnino juris in eodem vico et hominibus ejusdem vici, nichil consuetudinis, nichil violentie, nichil exactionis, habet. Quod ut cognitum et ratum habeatur, et ne post mortem meam inter ipsum archiepiscopum et heredes meos valeat super hec contentio suboriri, scripture commendare et signo meo communire curavi.

(1) Bét. : *Petrus Savariaci, Bartholomeus de Columberiis, Hugo de Arthana.* — Londres : *Petrus Savarici, Bartholomeus de Colub., Hugo de Artaiza.*

(2) Cette charte se trouve intercalée dans le n° XXIV des cartulaires de Rome et de Londres (*Eschequète*), après le § 27. Cf. *infra* à l'appendice.

(3) On ne trouve parmi les seigneurs de Montsoreau qu'un seul Guillaume qui soit fils d'un Gautier. Ce dernier n'est plus cité à partir de 1122, année où il partait pour la Terre-Sainte avec Raoul, abbé de Seuilly (Bibl. nat., Trésor généalogique de dom Villevieille, t. 62, fol. 3 v°, d'après le cartulaire de Fontevrault, fol. 37); quant à son fils, il paraît pour la première fois avec le titre de seigneur de Montsoreau en 1140 (Bibl. nat., Hous., t. V, n° 1633, d'après le cartulaire de Turpenay, fol. 28). Il semble que c'est le même qui vivait encore en 1176 et qui avait alors un fils nommé Guillaume (*Ibidem*, n° 1922, d'après le même cartulaire, fol. 32), fils qui lui avait succédé en 1198 (N° CXXVIII, p. 283-285).

## CXXX

*Littera super auxilio annuatim debito domino Turonensi ab hominibus de Canda.*

(JUIN 1240)

Juhellus, Dei gratia archiepiscopus Turonensis, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino.

Noveritis quod, cum nos et antecessores nostri ab hominibus nostris de Canda consueverimus petere et habere, de biennio in biennium, moderatum auxilium, quandoque plus et quandoque minus, prout nobis et antecessoribus nostris videbatur; quia vero, habito prudentum consilio, utilitate nostra et ecclesie nostre pensata, nobis et ecclesie Turonensi magis expediens visum fuit predictum auxilium ad certum reducere, quam sub incertitudine remanere; cum hoc etiam predicti homines acceptarent;

Nos, de voluntate et assensu totius capituli nostri Turonensis et predictorum hominum de Canda, voluimus et concessimus quod de cetero singulis annis, ad festum Omnium Sanctorum, a predictis hominibus de Canda, nobis et successoribus nostris viginti libre turonensium (1) annuatim pro dicto auxilio persolventur. In cujus rei testimonium, predictis hominibus de Canda presentes litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas.

Nos vero, decanus et capitulum Turonenses, factum hujusmodi ratum et gratum habentes, signum nostrum apposuimus eisdem litteris in testimonium veritatis.

Datum mense junii, anno Domini MCC quadragesimo.

(1) Bét. : *turonenses.*

## CXXXI

*Littera unionis ecclesie Sancti Germani capicerie de Canda.*

(1229)

In nomine sancte Trinitatis, ego Juhellus, divina miseratione Turonensis archiepiscopus, divino nutu motus, ad augmentum capicerie Candatensis, que nimis tenuis diu extitit, ecclesiam Sancti Germani juxta Candatum, ad meam donationem pertinentem, adjungo in perpetuum et annecto, cum assensu capituli Turonensis et voluntate ejusdem, salvo tamen jure archidiaconi et archipresbyteri ejusdem loci. Ego iterum statuo et ordino, cum assensu capituli Candatensis, quod omnes canonici ecclesie Candatensis, tam presentes quam futuri, jurent fidelitatem ecclesie Turonensi et ecclesie Candatensi servaturos etc.

Datum anno Domini MCCXXIX.

## CXXXII

*Concordia capituli et prepositi ecclesie Candatensis.*

(1291-1312)

Universis etc., Reginaldus, Dei gratia archiepiscopus Turonensis, salutem.

Noveritis quod, cum inter venerabiles et discretos viros capicerium et capitulum ex una parte, et prepositum Candatensis ecclesie ex altera, contentio moveretur, super eo videlicet quod dicti capicerius et capitulum dicebant et proponebant quod, cum idem prepositus

administrationem habebat rerum, seu bonorum, ad ipsos capicerium, capitulum et prepositum spectantium ratione suarum prebendarum, eisdem jurare debet et tenetur, in dicta administratione bene et fideliter se habere, et de rebus, seu bonis, inter ipsos percipiendis omnibus, favore et odio postpositis et exclusis, equales facere portiones et inter ipsos equaliter dividere et partiri; preposito dicente et asserente se ad dictum juramentum faciendum non teneri; *item*, super eo quod dicti capicerius et capitulum dicebant et proponebant quod idem prepositus in cotidianis distributionibus, anniversariis et processionibus, quibus contingit ipsum adesse, duplum, et in ejus absentia simplum, minus juste percipere nittebatur, cum nichil in absentia et simplum in presentia percipere debeat, prout unus canonicus singularis; dicto preposito dicente et asserente quod in dictis cotidianis distributionibus, anniversariis et processionibus, dum presens est duplum, et in ejus absentia simplum, debet percipere et habere; *item*, super eo quod dicti capicerius et capitulum dicebant et proponebant contra dictum prepositum quod minus juste, et sine causa rationabili, ipsos impedire nittebatur quominus ipsi in terra et feodo ecclesie Candatensis possint acquirere ad augmentationem suarum distributionum; dicto preposito dicente dictam terram et feodum ad se, nomine dicte prepositure, non ad ipsos, nec ad dictam ecclesiam Candatensem, pertinere; *item*, super eo quod dictus prepositus proponebat contra dictos capicerium et capitulum quod in litteris capicerii et capituli idem prepositus debebat inseri et erat in ordine preponendus, et quod claves troncorum et archarum ecclesie Candatensis debebat idem prepositus custodire; que negabant capicerius et capitulum supradicti ;

Tandem, visis et auditis et plene consideratis rationibus et allegationibus propositis coram nobis hinc et inde, pro bono pacis et concordie, ac pro reformatione status personarum dicte ecclesie et eorum que in dicta

ecclesia nobis reformanda videbantur, communicato super hoc consilio cum peritis, statuimus et ordinamus:

Quod prepositus Candatensis, qui pro tempore fuerit, postquam in dicta prepositura institutus fuerit et eamdem fuerit pacifice assecutus nobis et archiepiscopo Turonensi, qui pro tempore fuerit, presentibus capicerio et capitulo, vel saltem eorum procuratore, jurare teneatur et juret quod bene et fideliter, diligenter et utiliter, prout sibi erit possibile, res ipsorum capicerii et capituli administrabit et eorum negotia procurabit, et quod res et bona de quibus inter ipsos partitionem debebit facere, statutis ad hoc temporibus, equaliter et fideliter partietur et dividet inter ipsos; et, si contingat quod predictis gestioni et administrationi aliquotiens non possit aliqua de causa personaliter interesse, et quod velit per alium dicta negotia gerere, pro posse suo, ponet loco sui gestorem necessarium et fidelem, et ab ipso antequam aliquid geret, presentibus capicerio et capitulo, vel saltem aliquo de canonicis dicte ecclesie, recipiet juramentum quod bene et fideliter in dicta gestione se habebit.

Statuimus etiam quod, in cotidianis distributionibus et processionibus, idem prepositus, dum presens fuerit dupplum, videlicet unum simplum ratione prebende sue, si sit prebendatus, et aliud simplum ratione prepositure, percipiat et habeat, et in ejus absentia nichil percipiat de premissis; ex istis distributionibus, que percipiuntur in capitulis generalibus, videlicet in capitulo festorum beati Martini hyemalis et estivalis, in quibus in ejus absentia simplum percipiet et habebit, salvis statutis ecclesie, quando pro negotiis ecclesie se absentat.

Ordinamus etiam quod prefati capicerius et capitulum in terra et feodo dicte ecclesie, quos (*sic*) tenet dictus prepositus ratione dicte prepositure, ad opus et augmentationem suarum distributionum, possint emere et alias acquirere, prout sibi erit possibile, ita tamen quod

de his que acquirent in dictis terra et feodo dicto preposito vendas solvent per eundem prepositum distribuendas, prout alie inter eos vende solent et consueverunt distribui seu partiri ; et pro indampnitate eidem preposito et ejus in dicta prepositura successoribus servanda pro qualibet libra, seu pro quibuslibet acquisitionibus XX sol. annui redditus valentibus, quas ipsos capicerium et capitulum (1) in dictis feodis acquirere continget in futurum, eidem preposito et ejus successoribus super dictis acquisitionibus XII den. annuatim solvere tenebuntur. Item, dictus prepositus, ut prepositus, claves troncorum et archarum ecclesie non habebit.

Item, ordinamus quod in litteris que scribentur pro negotiis et causis ecclesie Candatensis, post capicerium et ante capitulum prepositus inseratur, sic scribendo : *Capicerius, prepositus et capitulum Candatense, etc.*

Et sic predictos articulos contentiosos inter ipsos decidimus et eos sub forma suprascripta in futurum observari per nostram decisionem ordinamus etc., videlicet statuta ecclesie.

Actum die sabbati ante festum beate Marie Magdalene, anno Domini MCCCXIII (2).

## CXXXIII

### *Valor prepositure Candatensis.*

Prepositura domini archiepiscopi apud Candam consuevit tradi ad firmam XIIII[xx] lib. ; quandoque plus vel minus. Hec sunt que pertinent ad dictam preposituram :

(1) Bét. : *ipsos capicerius et capitulum.*

(2) A cette date, 21 juillet 1313, Renaud de Montbazon était mort; en effet, d'après la *Gal. christ.*, t. XIV, col. 116, il décéda le 23 août 1312. (Cf. aussi *supra*, n° IV, p. 10). Cette pièce doit être datée entre le mois de mai 1291, où fut élu Renaud et la mort de ce prélat; elle est probablement du 15 juillet 1312, en supposant un chiffre ajouté par le copiste.

Firma portus Vigenne valet XXXIIII lib. — Emolumentum furnorum valet circa XXX lib. — Minime costume: XXXII lib. — Tallia annualis : XX lib. — Census Annuntiationis dominice : CXIII sol. III den. — Census in octava beati Martini estivalis : VI lib. — Census beati Michaelis, cum frumento : XVII sol. IIII den. — Census in Nativitate Domini : XLII sol. ob. — Item, vinee, prata, insula et piscarie. — Item, emolumentum jurisdictionis temporalis extitit usitatum. — Item, ex dicta prepositura solebat habere dominus archiepiscopus ante presentes guerras ex locagio domus, que fuit Dionisii Hurtaut, site apud Candam, pro uno anno, VI lib., vel circa. — Item, pro locagio domus que fuit dicti Quatre Ervant : XII sol. — Item, habet dominus archiepiscopus nemora, videlicet circa... arpenta, in parrochia de... (*sic*).

## CXXXIV

*Concordia per quam habetur domus prope coquinam de Canda cum orto.*

(4 FÉVR. 1356, N. S.)

Item, sciendum est quod, anno Domini MCCC quinquagesimo quinto, inter bone memorie dominum P[etrum], tunc archiepiscopum Turonensem, et Guillelmum Gourmont, militem, die jovis post festum Purificationis beate Marie Virginis, fuit concordatum quod quedam camera duplex cum pratello et viridario, situm in villa de Canda, prope domum dicti reverendi, remanerent eidem reverendo et suis successoribus libere, sine onere aliquo. Et idem reverendus voluit quod idem miles haberet quatuor sextaria frumenti, et XXVIII sol. annui redditus et alia que dicebat idem miles sibi esse obligata in XXVIII lib. parvorum turonensium redditus annui, consistentibus in feodo dicti reverendi, que fuisse dicebantur

deffuncti Dionisii Hurtaut et Johanne ejus uxoris, ex successione deffuncti Johannis Moreton. Et fuerunt littere super hoc confecte.

## CXXXV

[*Licentia construendi apud Candam data Johanni Lorion.*]

(22 nov. 1354)

Item, anno Domini MCCCLIIII, die festi sancte Cecilie, prefatus reverendus dedit licentiam Johanni Lorion construendi et edificandi de novo unum baletum, quod se extendet ex utraque parte cujusdam vici in quo moratur apud Candam, absque tamen prejudicio alicujus, solvendo ob hoc dicto reverendo II sol. VI den., in festo Omnium Sanctorum annuatim.

## CXXXVI

*Memoria de X solidis redditus.*

Item, cappellanus cappellanie per deffunctum magistrum Aymericum Hernulphi fundate in ecclesia Candatensi debet, pro indempnitate, seu amortisatione, rerum dicte cappellanie, consistentium in terra et feodo domini archiepiscopi, X sol. annuatim super quadam pecia prati, et pertinent ad firmam preposture.

## CXXXVII

*Compositio super tractu sagene de Burgolio.*

(1188)

Bartholomeus, Dei gratia Turon[ens]is archiepiscopus, omnibus ad quos littere iste pervenerint salutem in Domino.

Temporibus predecessorum nostrorum, Turonensium pontificum, habebatur contentio inter ipsos et dilectos nostros fratres Burgulii monasterii, super tractu sagene quem in portu nostro Candatensi ab omni consuetudine liberum se asserebant predicti fratres habere debere ; nostri autem antecessores requirebant in eadem sagena portionem et consuetudinem illam que eos in aliis sagenis consuetudinariis contingebant ; nostris postmodum in diebus, inter nos et eosdem fratres eadem diutius versata fuit contentio.

Tandem cum ventum esset ad tempora dilecti nostri Hillarii, venerabilis abbatis ejusdem monasterii, et ipse cum fratribus suis pro eadem querela in nostra esset presentia constitutus, nos attendentes quod per antiquiores viros, quos coram nobis presentes offerebat, probare paratum esset monasterium suum tractum sagene illius liberum semper ab omni consuetudine possedisse, et considerantes quod non inveniebamus aliquos de hominibus nostris, qui probare in contrarium possent, eidem abbati et monasterio suo tractum predictum in jam dicta libertate et immunitate perpetuo possidendum dimisimus, in qua possederant temporibus predecessorum nostrorum et nostris, et ad tollendum de cetero super hoc omnem contentionis materiam abbati et fratribus predictis concessimus presentes litteras sigilli nostri impressione munitas.

Actum Turonis, anno ab Incarnatione Domini millesimo C oct[u]agesimo octavo.

## CXXXVIII

*Littera donationis ducatus Turonie* (1).

(16 et 17 mai 1370)

Loys, fils de roy de France, duc d'Anjou et comte du Maine, a tous ceulz qui ces lettres verront salut.

Comme monseigneur le roy, a nostre supplication, nous ait benignement octroyé le duché de Touraine a en joir et exploictier par nous durant nostre vie en la maniere et par les charges, condicions, acors et reservacions contenues en ses lettres dont la teneur s'en suit :

*Charles, par la grace de Dieu roy de France, a tous ceulz qui ces lettres verront salut.*

*Savoir faisons que, a la supplicacion de nostre tres chier et tres amé frere Loys, duc d'Anjou, et pour consideracion des bons et prouffitables services qu'il nous a faiz, especialment es parties de Guienne, ou nous l'avons envoié pour le fait de noz guerres, et que nos esperons que il nous fera encores ou temps avenir, nous lui avons donné et octroié, de grace especial, et donnons et octroyons par la teneur de ces lettres le duchié de Touraine a tenir avec les chasteaux, villes et autres forteresses, fiez, arrierefiez, domaines, justices et seignories hautes, moyennes et basses, et autres noblesses, hommages, revenues, prouffiz, et emolumens*

(1) Nous donnons cette pièce d'après les deux originaux conservés aux Arch. nat., sous la cote J. 375, nos 2 et 2 *bis*. — On en possède plusieurs copies, notamment Bibl. nat., fr. 4426, fol. 111, *ex libro 4° Memorialium Cameræ compotorum Paris., signato D, fol.* 100 et collection Dupuy, t. 657, fol. 238.

*quelconques, durant la vie de nostredit frere seulement, aus charges qui y sont a present : parmi ce, que nostredit frere sera tenus de faire garder en nostre obeissance et soustenir de reparacions bien et souffisamment noz chasteaux, villes et forteresses dudit duchié ; et retenu et reservé a nous et a noz successeurs roys l'ommage lige et tout droit de ressort, de souveraineté, de exempcions et touz autres droiz royaux oudit duchié ; pour lesquelles chouses reservées et les autres droiz royaux que nous avons es pais voisins faire et exercer, nous aurons siege et lieu royal a Chinon pour noz officiers, que a ce establirons.*

*Et nostredit frere, auquel avions ja pieça donné le chastel et chastellenie de Loudun avec leur appartenance* (1), *en recompensation du chastel de Chasteauceaux que il tenoit, lequel fut delivré au duc de Bretaigne par certain traictié, considerant nostre grace et liberalité que nous lui avons faicte dudit duchié de Touraine, a volu et consentu que yceulx chastel, chastellenie et appartenances de Loudun il tiengne a sa vie et a la vie de son filz procrée de son corps en loyal mariage, qui sera son principal heritier, tant seulement, nonobstant quelconques octroy plus large qui lui en ait esté fait, auquel il a renoncé et renunce et s'en est constitué et constitue usufructuaire a la vie de lui et de sondit filz, principal heritier, seulement.*

*Et, apres le deces de nostredit frere, ledit duchié de Touraine revendra tantost sanz moyen a la couronne de France, et aussy y revendront lesdiz chastel et chastellenie de Loudun tantost apres le deces de lui et de sondit filz principal heritier ; et lors sera ycelui chastel reuniz audit duchié ; et, avecques ce, a nostredit frere voulu et consentu que sa conté du Maine, que il tient pour lui et pour ses hoirs males et femelles, il ait et tiengne pour*

(1) Cette donation est du 4 février 1367, n. st.; l'original scellé est conservé aux Archives nationales sous la cote J. 375, n° 1.

*lui et pour ses hoirs males descendans de son corps en loyal mariage tant seulement; et de nostre foy et hommage en laquelle il estoit, tant dudit chastel et chastellenie de Loudun, comme dudit conté du Maine, s'est nostredit frere demis, et nous en avons la demission receue a nostre prouffit; et apres l'en avons pris et receu en nostre foy et homage et aussi dudit duchié de Touraine aus tiltres et par les manieres et conditions dessusdiz. En tesmoing de ce, nous avons fait mectre notre seel a ces lettres.*

*Donné au bois de Vincennes, le seziesme jour de may l'an de grace mil trois cent soixante et diz et le septiesme de notre regne.*

Savoir faisons que lesdictes lettres dessus transcriptes, et l'octroy et grace que monseigneur le roy nous a faiz en ycelles, nous avons receuz et acceptez a toute reverence humblement et tres agreablement, et lui avons delaissié et delaissons, tant nostre conté du Maine, comme le chastel et chastellenie de Loudun, par les reservacions et condicions qui sont contenues esdictes lettres pour nous et noz hoirs desclartiz en ycelles; et toutes les choses esclarciées esdictes lettres par bonne deliberation et avis et pour nostre prouffit evident, selon ce que contenues et escriptes y sont, acceptons, loons, approuvons et ratiffions, et par notre serement fait sur les sainttes euvangilles de Dieu, et par la foy de notre corps, et sur obligacion de nous et de noz biens, quelx et ou qu'il soient, et de noz hoirs et aians cause de nous, et des biens d'iceulx avons promis et promettons ycelles tenir, faire, garder et acomplir, et faire tenir et acomplir de point en point en tout ce que touche et regarde nous, noz hoirs et aians cause de nous, et non venir, ne soffrir venir, ou faire encontre par quelconques cause, neccessité ou occasion que ce soit; renonçant par nozdiz serment et foy a tout ce qui aidier, ou valoir, nous pourroit

a contrevenir, et a toutes graces, dispensacions, absolucions et relaxacions empetrées ou a empetrer sur nozdiz serment et foy, soit de nostre saint pere le pape ou autres. En tesmoing de ce, nous avons fait mettre nostre seel secret a ces lettres en absence du nostre grant.

Donné au bois de Vincennes, le XVII[e] jour de may, l'an de grace mil trois cens soixante et dix.

*Et estoient ainsi sinées* (1): Par monseigneur le duc: Chanyenne (2).

Auxquelles (3) lettres dessus transcriptes estoit atachié une cedule de la Chambre des comptes du roy nostredit seigneur dont la teneur est tele:

Presentes littere, que sunt triplicate, recepte fuerunt in Camera computorum Parisiis, per manum magistri Yvonis Darien, notarii et secretarii domini nostri regis, lune XXVII die maii, anno MCCCLXX; et debent mitti, per ordinationem dicti domini nostri regis et sui consilii, decano et capitulo ecclesie Beati Martini Turonensis pro ipsis custodiendis [et] reponendis cum aliis litteris suis dicte ecclesie sue, ad finem quod ipsi et alii exempti dicti ducatus Turonensis se juvare possint, prout fuerit rationis, et alie due littere consimiles triplicate, ut supra, similiter recepte fuerunt in Camera computorum predicta, [et] ipsa die tradite magistro Petro Tuepain,

(1) Sur le replis.

(2) Le sceau en cire rouge pendant sur double queue de parchemin subsiste encore, mais mutilé, au bas des deux exemplaires des Archives nationales; il a été décrit, d'après l'un d'eux, par Douët d'Arcq, *Inventaire des sceaux des Archives de l'Empire*, t. I, p. 317, n° 342. On a des lettres de Charles V, du 18 avril 1364, par lesquelles il donne à son frère le duché de Touraine; ces lettres furent apportées à la Chambre des comptes en même temps que celles ci-dessus, le 27 mai 1370, par Ives Derian ou Deriam (il est appelé Darien dans la cédule publiée ici), et là elles furent cancellées. L'original cancellé avec mention de la cancellation et cédule de la Chambre des comptes est conservé aux Archives nationales sous la cote J. 375, n[os] 3 et 3 *bis*.

(3) Ce qui suit ne se trouve ni dans les originaux des Arch. nat., ni dans les deux copies indiquées ci-dessus.

notario dicti domini regis ac custodi cartarum et privilegiorum ipsius domini regis (1), pro ipsis reponendis et custodiendis in Thesauro capelle regalis palatii Parisiis. Et de hoc etiam fit mentio in libro Memorialium dicte Camere computorum, fol. C. Johannes.

## CXXXIX

*Redditus de Marcayo.*

Ce sunt les chouses monseigneur l'arcevesque de Tours appartenant a sa prevosté de Marçay:

